



Doctrina christianaæ religionis : per aphorismos summatim descripta.


Vitringa, Campegius, 1659-1722; Vitringa, Martinus
Arnhemiæ: Joannis Henrici Mölemanni, 1761

<https://digital.library.wisc.edu/1711.dl/3LRGAYFDNIHNK9E>

<http://rightsstatements.org/vocab/NoC-US/1.0/>

The libraries provide public access to a wide range of material, including online exhibits, digitized collections, archival finding aids, our catalog, online articles, and a growing range of materials in many media.

When possible, we provide rights information in catalog records, finding aids, and other metadata that accompanies collections or items. However, it is always the user's obligation to evaluate copyright and rights issues in light of their own use.




THE TANK LIBRARY

Given in 1867, by Mrs. Otto Tank, of Fort Howard, Wis., to the
STATE HISTORICAL SOCIETY OF WISCONSIN

The books in this collection were formerly in the library of Rev. R. J. Van der Meulen, of Amsterdam, Holland, father of Mrs. Tank. Mr. Van der Meulen was born in 1768 and ordained in 1792.

For description of the Tank Library, see WISCONSIN HISTORICAL COLLECTIONS, vol. 5., pp. 162-163, and LIBRARY CATALOGUE, vol. 2., pp. 705-719.


TRANSFERRED TO
WISCONSIN LIBRARY














2133

Ex officina

DOCTRINA
CHRISTIANAE
RELIGIONIS,

Per *Aphorismos* Summatim Descripta.

Editio Sexta.

(Cui nunc accedit

ΤΠΟΤΤΠΩΣΙΣ

THEOLOGIAE ELENCTICAE.

In usum

Scholarum Domesticarum

CAMPEGII VITRINGAE,

Theol. & Hist. Sacrae Professoris.)

Curante

MARTINO VITRINGA,

(Qui Praefationem, Prolegomena, & Adnotationes adjecit,
nec non Analysis

V. CL.

THEODORI SCHELTINGAE.

P A R S I.

ARNHEMIAE.

Ex Officina JOANNIS HENRICI MÖELEMANNI, 1761.

ДОГЛАДА
CHRISTIANA
EPISTOLAE
APPROBATIO.

Legimus debita cum cura, & attento animo Adnotationes, quas novae editioni Aphorismorum, Doctrinam Christianae Religionis complectentium, a Viro Celeberrimo, omnigenaeque eruditionis laude florentissimo CAMPEGIO VITRINGA PATRE, olim conscriptorum, subjecere placuit Viro Plurimum Reverendo, atque Eruditissimo MARTINO VITRINGAE Ecclesiastae Arnbemensi Dignissimo. Nibil in eis offendimus, quod ab ipso esset positum, aut bonis moribus, aut Doctrinae publice in Belgio receptae, & in libris nostris symbolicis definitae adversum. Multa e contrario quae ad ejusdem elucidationem, & ulteriore illustrationem manuducere, praesertim Juvenes Theologos poterunt, scite, & cum judicii auctoritate in eisdem proposita esse gaudemus. Laudamus praeterea quam maxime Viri Eruditissimi propositum, bac methodo exhibendi diu desideratam in Belgio Bibliothecam Theologicam, Theologiae Cultoribus utilissimam futuram. Laborem indefessum, nec inglorium, quem in istac concinnanda posuit, ut benedictione sua coronare velit Deus T. O. M. & in caeteris, quae meditatur, perficiendis operibus Viro supra laudato, singulari suo favore adesse, ex animo vovemus. Dab. Harderovici a. d. 23 Decembris 1760.

T. H. SCHELTINGA.

F. L. CREMER.

VIRQ NOBILISSIMO, ATQUE
AMPLISSIMO

ANTONIO KUITS

CIVITATIS HARLEMENSIS CONSULI,
AC SENATORI,

COGNATO HONORATISSIMO.

S. P. D.

MARTINUS VITRINGA.

HAud diu mihi dubitandum esse
censui, cui Opusculum hoc Avi Tui
consecrarem. Sive enim AUCTO-
REM, sive Editorem respicias, No-
mini

D E D I C A T I O.

mini Tuo illud inscribi oportet.
AUCTORIS, qui, dum fuit, Theolo-
gorum Princeps erat, nostraeque
familiae decus, Nepos es, ut unicus,
ita dignissimus. Tot in me conla-
tis beneficiis, totque amicicitiae in-
tegerrimae, constanter inter nos cul-
tae, documentis me Tibi devin-
xisti, ut hoc grati animi, ac ob-
servantiae meae monumentum pu-
blicum, atque perenne exstare vo-
luerim. Egregias Tuas animi, at-
que ingenii dotes, nec non prae-
clara Tua merita ut praedi-
cem,

D E D I C A T I O.

oportet cem, nec Tuus, nec meus fert
animus. Studium, amorque Tu-
us in Artium, ac Scientiarum
incrementum elucet, quod Tu, o
aliorumque Summorum Virorum
moderamine egregia Societas Scien-
tiarum in Civitate Vestra vigeat,
floreatque. Deum Ter Optimum
Maximum supplex, ac enixe pre-
cor, ut Tibi dona Spiritus San-
cti, omnisque generis bona exo-
ptatissima largiatur; nec non va-
letudinem diuturnam, & vegetam
in Rei Publicae, Domusque Tuae
emo

D E D I C A T I O.

emolumen tum concedat. Vale Co-
gnate Carissime, meque amare per-
ge. Scripsi Arnhemiae Die IV. De-
cembris. A. D. MCCCLX.

CAMPEGIUS VITRINGA

AUDITORIBUS SUIS

χάριον καὶ σοφίαν.



I ea omnibus Vobis tum facultas
esset mentis , tum sciendi cupi-
ditas , Dilecti Auditores , ut , ad
exemplum adolescentis * *Irenaei* , Auditoris
Polycarpi , institutiones nostras aequè feliciter
animo vestro conservaretis ac chartâ : non ad-
modum opus esset hoc Libello studiis vestris
succurrere. Sed cum communis haec sit con-
ditio mortalium , ut memoria , novis indi-
es rebus gravata , veteres multas excutiat :
commodum duxi , *repetitâ denuo* hujus Libel-

*

li

* Vide Euseb. Hist. Eccles. Lib. v. Cap. xx.

P R A E F A T I O

li *Editione*, vestros in nobilissimo Theologiae studio conatus juvare. Idque tanto ago lубентius, quanto hunc meum laborem, vulgarem licet & ignobilem, Doctis Viris acceptiorem, Vobisque utiliorem fuisse, compéri. Sic jam olim * *Cyprianus Quirino* summa praecipuorum Fidei Capitum descriptis, ut *animus*, *Deo Deditus*, non longis aut multis, ait, *librorum voluminibus fatigetur*, sed *eruditus BREVIARIO PRÆCEPTORUM COELESTIUM*, *habeat ad fovendam memoriam suam salubre*, & *grande compendium*. Scholastica equidem haec Theologiam tradendi methodus per *Communes*, quos vocant, *Locos*, secundum proprium, & naturalem materiarum duc-tum.

* Ad *Quirinum Lib. III.*

A U C T O R I S.

tum digestos , post sex demum lapsa à Christo nato secula , in Ecclesiam inventa est . Ante id tempus celebriores Ecclesiae Doctores , five soli , five juncti in Synodis ; five suo , five etiam publico nomine ; praecipuas Doctrinae Christianae sententias complexi sunt Symbolis , & Symbolorum expositio. Et Symbola quidem , sic dicta , jam ab ipsis Christianae Ecclesiae originibus πρὸς τὴν μαρτύρειον τῶν θανάτουν necessarii fuerunt usus ; nec dubito , quin Paulus per suam illam * ὑποτέκνων τῶν οὐρανῶν λόγων , quam Timotheo commendat , simile quid intellexerit . Quin immo , jam ante ortum Christianismi , solenne fuit Ecclesiae Judaeae , per Exilium Babylonicum à crassis-

* 2

simo-

* 2 Tim. 1. 13.

P R A E F A T I O

simorum errorum faece repurgatae , graviora Religionis suae dogmata in summam redigere , eorumque fidem à Profelytis , Judaismo initiandis , exigere . * Illa βαρύτερα τὰ νόμοις ab ipsis dicuntur אמונה יסוד הורה ' עקריו הורת / עמור וראשי האמונה הרת התורה , & à Scriptoribus Novi Foederis paris efficaciae enunciacionibus , πίστις , ὡς ἀρχὴ τῆς χριστιανοῦ θεοῦ , θεμέλιο καὶ πᾶσα τὸς πίστεως . εὐλόγος καὶ ἐδραιώμενος τὸς ἀληθεῖας . Quae qui solidè percepit , & πεπληρωθεὶς τῷ πίστεως τελευταῖς καὶ ἐπιτελείαις , Hebraeā phrasi , ejusdem potestatis , & sensus § באמונה ברא באמנה מעריש באמנה . & Primum itaque diligentissima Vobis dan-

* Maimon. de Fund. Leg. cap. i. §. 1. Issire bia , cap. xiv. Item in cap. xi. Sanh. Abab. de Cap. Fid. Albo in Ikkar. 1 Tim. 1. 19. 1 Hebr. vi. 1. † Col. 1. 23. 11. 7. § Bechai Cad Hakkemach in Vo- ce אמונה / & Jachaid. Præfat. in Dan. p. 3.

A U C T O R I S.

est opera, ut ad hunc scientiae, & fidei gradum
perveniatis; dein enitendum ad ~~tau. τελεωτης~~. Quic-
quid in Linguis; quicquid in Historiis, &
tum Judaeae, tum aliarum Gentium antiquitati-
bus arcani latet: id prudenti discrimine ap-
plicandum intellectui, & expositioni Divina-
rum Scripturarum. Etenim cum Theologi
eruditio consistat in intellectu Divinarum illa-
rum Scripturarum; & illae Scripturae tum
peregrinis traditae sint Linguis; tum pluri-
ma supponant de moribus antiqui illius aevi,
quo in lucem editae sunt; tum etiam multa
referant de aliarum Gentium consuetudinibus,
& gestis; & praeterea fata praeteriti & futu-
ri temporis comprehendant: vastissima sane,
ad perfectam illarum intelligentiam, scientia re-

P R A E F A T I O

quiritur. Et quis dicet , esse Divini Verbi partem aliquam , cuius sensum Deus a nobis explorari nolit , cum omnia ex Divino Consilio scripta sint + *ad institutionem* , & *spem Ecclesiae in afflictionibus* roborandam ? Paucitamen mortales vires suas intendunt , ut ad hanc perfectionem enitantur , quia labores , & sudores horrent. Quos si & inter Vos aliqui oderint , Auditores , illos ego expungo , & exauctoro. Jungant illi pigritiam , & blanda otia cum aliarum scientiarum professionibus , si omnino statutum est , titulo hominis literati , vulgum fallere. Sed caveant sibi ludere cum sacris. Qui sacrae huic militiae nomen suum dat , hunc oportet

† Rom. xv. 4.

A U C T O R I S.

† *τακτασίν*, & otia, delicias, atque com-
moditates hujus vitae consecrare Glorie Dei,
ut bonam servet conscientiam, & non pude-
fiat illustri die Christi. Quandoquidem vero
nemo facile tanta subiturus est incommoda,
nisi qui de digno operarum suarum pretio,
atque emolumento persuasus fuerit: expen-
dite, quaeso, an quid sit in hoc Univer-
so excellentius, praeclarior, utilius, at-
que adeo intelligentis creaturae industriâ, la-
bore, & sudore dignius, quam Dei ipsius,
nobilissimi, atque excellentissimi Entis, & tum
nostrae, tum aliarum rerum omnium caussae,
ejusque Operum, cognitio? An quid pul-
chrius, convenientius, & jucundius ho-
mi-

P R A E F A T I O

mini , quām purissima illa Verba tractare ,
meditari , intelligere , interpretari , quibus
Deus dignatus est humano generi voluntatem
suam exponere ? Ullumne inter homines ar-
tium , & disciplinarum studium vigeat , quod
cum hujus studii praestantiā comparari queat ?
Quidquamne homine dignius existimari possit ,
quām *Sapere* ? hoc est , res praestantissimas
eo ordine intelligere , quo eas Deus ipse
intelligit , cuius scientiam , & sapientiam om-
nes mortales admirantur ? Atqui Verbo suo
Deus Ecclesiae eas res declaravit , in quibus
praecellentissima pars Divinae Scientiae sita est .
Illud autem † *Verbum prope nobis adest* , (הִנֵּה
לְאָתָה קֹמֶךְ) in ore & in corde nostro . Quare

† Deut. xxx. 12.

A U C T O R I S.

trafare, il si olim Gentiles inculcarint, † περὶ τὸ οὐρανόν
quibus τῆς φιλοσοφίας praecipue laborandum esse: vel
nihil humana dignum erit industria, vel ip-
sa illa sanior, purior, & sanctior Philo-
sophia, quae sacris paginis clauditur, ope-
ris, vigiliisque nostris digna censenda erit.
Dein, cogitate, quantum bonum, quam
ingens, & copiosa merces, ex hoc tandem stu-
dio, in illius cultores redundatura sit. Neque
enim hic * τρέχομεν ὡς αἱδήλως, & πυκτεύομεν ὡς αἴρα-
Sed quotquot, sancto proposito, cum
bonâ conscientia, & reverentia, atque amore
Dei in Christo, in hisce laboribus vitam, vi-
resque suas consumperint, eos manet sin-
gulare aliquod insignis, & splendidissimae glo-

**

riæ

† Isocrat. Orat. ad Philip. p. m. 206. * 1 Cor. ix. 25. 26.

P R A E F A T I O

riae praemium , † (ἀφετόνειον) cum adventu summi nostri Doctoris , & Judicis Christi Jesu , manifestandum . Quos *lux Gratiae* , & verae eruditionis in his terris collustravit : illos in coelis *Lux Glorie* , quae est *lux faciei Jehovahe* , per omnia comitabitur secula . Qui hic *laboraverint* , ibi cum jucundissimae Voluptatis sensu *quiescent* . Qui hic *severint* , ibi *metent* : & tanto quidem copia majore , quanto majore cum diligentia , profectu , fructu , in opere Domini , in hac vita fuerint versati . Dona enim *Gratiae* , ac molesti hujus Vitae labores , qui publicis Ecclesiae commodis impenduntur , ae quatis Glorie portionibus , in futura pensa-

A U C T O R I S.

buntur. Et *illi imprimis*, qui *plures justificaverint*, *fulgebunt ut astra in Convexo Coeli*. Haec spes non dubia alit, & sustinet veros Servos Christi. Domino enim servimus, non AEquo minus, Justo, & Clementi, quam Diviti, Omnipotenti, & Veraci, qui *operis fidelium Ministrorum suorum non obliviscitur*. Illud tamen monendi estis, dilecti in Christo Filii, & Fratres, ad sacra haec studia, magis quam ad ulla alia, requiri bonam mentem; animum, inquam, Dei, & omnis Veritatis, quae a Deo est, sive per Rationem nobis claram & solidam, sive per Scripturam innotescat, serio & sincere amantem, a concupiscentia & praejudiciis, quantum potest purgatum; & Glo-

P R A E F A T I O

riae Dei, in omni actu, & casu, intentum, repudiatis abnegatisque seculi vitiis, & voluptatibus. Hujusmodi animum Christus Dominus comparat cum † γῆ καὶ bona terra, quae receptam fementem Verbi Gratiae in frugem educit. *Fides servanda est cum ** καὶ ouvelūtōē. Et certe, si hoc animo, & proposito omnes se ad Theologiae studium accingerent: nihil non praeclari nobis, de profectibus Juventutis, in emolumentum, incrementum, imo & ornamentum Ecclesiae polliceremur. Verum dolendum, si quicquam aliud, Theologiae cultores multos hic turpiter deficere, & ipsa illa studia, quae elegerunt, moribus suis dehonestare. Accedunt ad haec sacra ma-

nibus

† Matt. xiii. 23. * 1 Tim. 1. 19.

A U C T O R I S.

nibus illotis , nec pretium Divinarum Veritatum rite aestimantes , nec proinde illas veritates pro pretio suo amantes . Animum habent a Deo , cuius Virtutes , & Opera in dies praedicari audiunt , & prædicata legunt , ac meditantur , aversum . Quid illud sit , cum Deo familiare commercium colere ; ipsius Gratiam *μετὰ παρηγοράς* implorare ; illud *Divinae Gratiae coeleste donum* , & futuri seculi virtutes + gustare ; per *Spiritum Christi agi* , duci , vivere ; per *eundem illum Spiritum* ad meliorem , & aeternam vitam *obsignari* ; propter peccata , & infirmitates quotidianas coram Deo humiliari , & affligi : hæc & his similia , quae vitam Christiani hominis faciunt , & ab-

P R A E F A T I O

solvunt , juxta cum ignarissimis , nesciunt . Separare student *pietatem* a *veritate* , quae Paulus conjunctissima esse praedicat . * Et licet saepe per Praeceptorum suorum , sive exemplum , sive exhortationes , ad aliud vitae genus excitati , fortissime persuadeantur , *eundem esse in placitum , & pactum , cum Deo :* retinent tamen ipsos hactenus cum *Augustino + nugae nugarum , & vanitates vanitatum ,* quominus *fortiter , & integre* se Deo ejusque communioni , & Gloriae dedant . Inde jam est , quod institutiones Theologicas tepide , & segniter excipient ; ad difficiliora intelligenda nullam adferant attentionem , & *ronos* ; percepta post paucas horas per memoriam suam , adin-

star

* Tit. i. i. † Confess. Lib. viii, Cap. xi.

A U C T O R I S.

star cribri, transmittant ; & ita tam Parentum,
& amicorum vota eludant , quam Ecclesiae
frustrentur exspectationem. Non ignoro e-
quidem , Deum omnium hominum praecor-
dia non fingere ex eodem luto , et morta-
les , ut specie corporis , sic quoque capacita-
te , et donis mentis differre : quantum tamen
res humanas perspexi , raro adverti , homi-
nibus , ut ut stupidis , ingenium ad ea in-
telligenda deesse , a quorum intellectu salu-
tem suam pendere percipiunt. Quodsi igi-
tur omnes Disciplinae nostrae alumni probe
persuasi essent de Theologiae praestantia , et
utilitate ; et his potissimum inducti rationi-
bus ad illius solidam intelligentiam serio , et
sincere adspirarent ; et praeterea tam ani-

mum

P R A E F A T I O

mum , quam vitam suam , ad illius veritatis praescriptum , componerent , seque non minus ad *pietatem excolendam* , quam ad veritatem intelligendam *exercerent* : quis de omnium , & singulorum optatis studiorum successibus dubitare auderet ? Etenim + *familiare Dei commercium* cum iis est , qui *ipsum reverentur* , & *vera fides in Christum* in credentibus parit *vños & sōphiav.* Quare quotquot Vestrum hactenus animos suos coram Deo non excusserunt , auctor iis sum , ut saepe fui , id ut agant quanto ocyus , si serio iis statutum est , dignos ad gloriam Dei , aedificationem Ecclesiae , & animarum suarum salutem profectus facere ; imo si omnium mortalium no-

lint

A U C T O R I S.

lint esse infelicissimi. Quid enim , obsecro , miserabilius , quam universam vitam tuam consumere in scrutinio , & professione illarum veritatum , quas , quamdiu mala tibi , & impura conscientia est , non potes non odisse ? Quis infelicior , quam qui alteri ad gloriam , ac beatitudinem comitem se itineris praebet , dum ipse interea Civitate Dei excluditur ? Imo quid inter omnes miseras miserias , & omnia miseranda tristius , quam per ipsarum illarum veritatum studium perire , quae ad salutem humani generis revelatae sunt ? Christum cognoscere , ut viam salutis , & tamen per Christum non servari ? Porro memores estote , Christum Dominum , inter alias eximias virtutes , speciatim in discipulis suis

de-

P R Æ F A T I O

desiderare * *μελέτητα* MANSUETUDINEM, et † *ταπε-*
νότητα HUMILITATEM. Qui faciles, et prompti sunt
ad iras ; qui odii, et invidiae furiis agitan-
tur ; qui sibi solis sapiunt, placentque , cum
aliorum contemptu ; qui fidem suam claris
Revelationis dictatis in omnibus non subjici-
unt (quae vix aliunde quam ex superbia
oriuntur) eatenus inepti sunt ad Regnum
Dei promovendum. *Nisi siatis* , inquit ,
Dominus § *ως τὰ παιδία* UT PUERI , non ingredie-
mini in Regnum coelorum. Quare operam da-
te , ut his quoque virtutibus non minus ex-
cellatis , quam diligentia , & pietate , si glo-
riam Dei , ut vere discipulos Christi decet ,
promovere vultis. Ad quae tamen omnia , si *deo*
inclusa *in* *ministrari* *et* *curari* *et* *ad* *quia*

* Matt. v. 5. † Matt. xi. 29. § Matt. xviii. 3.

A U C T O R I S.

quia absque Gratia Spiritus Christi nihil valetis , precor Deum , ut Vos illius gratiae virtute ad imaginem suam in Christo secundum mentem , animam , & corpus transformet , & ad praeclarum opus Ministerii omnibus dotibus necessariis potenter instruat , ut olim siatis *adulti Viri in Christo* ; Sic meam Vobis qualem cunque addico , & polliceor operam , secundum modum Gratiae mihi impertitae : sic Vos in Domino valere , & salvere velim . Dabam Franekerae MDCXCIII. x. Kal. Augusti . Et nunc iterato obsigno . A. D. iii. Id. Jul. novissime A. D. xvi. Kal. Dec. cccc xiii.

P R A E F A T I O

MARTINUS VITRINGA

LECTORI BENEVOLO.

S. P. D.

 Ulta ab inopinatis vulgata sunt Scripta. In eorum numerum hanc *Docrinam Religionis Christianae Patris Mei Patrui † cum Adnotationibus meis referri
opor-*

† De quo Magnus Theologus THEODORUS HASAEUS ita cecinit

Siccine CAMPEGIUS vixit VITRINGA, bonorum

Delicium, docti faxque caputque chori?

Non hic, Frisiace, vobis est prius, Athenae,

Inclusa qui quasat moenia vestra dolor.

Qua pretium est studiis, qua sunt pietatis amores,

Publicus in vasto personat orbe dolor.

Clades immensa, & foret irreparabile damnum,

Postera quod nulla sarciat arte dies:

Ni, dum CAMPEGIUS mundum VITRINGA relinquit,

VITRINGAM (a) scirem vivere CAMPEGIUM.

(a) Intelligo CAMPEGIUM VITRINGAM FILIUM Patris sui, raro

exem-

EDITORIS.

oportet. Nam cum in eo essem occupatus, ut Commentarium in Librum Prophetiarum Zachariae elucubrarem, & ad prelum pararem: Bibliopola urbis vicinae mihi exponebat, Compendium hoc Theologicum in Officiis, atque in Academiis desiderari; rogabatque, ut illud recuderem, curamque ejus in me susciperem. Necessestas, nec non officium flagitabat, ut hanc synopsin veritatum coelestium rursus in lucem emitterem: multis

*** 3

enim

exemplo, in eadem cathedra Collegam, ejusque ut nominis, & muneris, itae & virtutum, atque eruditio[n]is heredem. Versus hi cum subjuncta nota exstant in Bibliotheca Bremensi Class. 6. Fascic. 1. pag. m. 162. Insuper Auctoris vitam delinearunt, atque opera ab eo edita enumerarunt (ut ceteros omittam) modo laudatus HASAEUS l. c. Fascic. 4. Art. 8. ALBERT. SCHULTENS in Laudatione Funebri in illius Memoriam habita, quae praemissa est alteri Editioni Tom. 1. AUCTORIS Commentarii in Jesaiam. EMO LUC. VRIEMOET in illius Elogio, quod exstat in hujus Athenis Frisiacis pag. 606. seq. aliquie.

P R A E F A T I O

enim in Athenaeis patriae nostrae, Harderovi-
ceno, Leidensi, & Franequerano, secun-
dum illius ductum, dogmata fidei studiosae ju-
ventuti traduntur. At primum constitui hoc
Opusculum, detractis additamentis, detra-
ctoque fronti nomine meo, vulgare. Ingens
est Librorum de Sanctiore Disciplina seges,
atque indies majora, minoraque veritatum
divinarum systemata in lucem prodeunt. Ob-
servationibus novis fidei articulos inlustrare
nistro, quod vivimus, aevo, quam pe-
riculosae opus aleae sit, quis est, qui ig-
norat? Atque litibus Theologicis serendis ali-
enus sum quam maxime. Cogitanti vero
mihi succurrit, Divinioris Scientiae Alumnis
non inutilem me paraturum esse operam, si

huic

E D I T O R I S

Huic Medullae in usum Theologiae Cultorum
compositae , specimen Bibliothecae Theolo-
gicae subjungerem. Quippe quod notitia
Auctorum , qui generatim , et speciatim de
rebus Theologicis commentati sunt in Acade-
miis Belgicis , quantum mihi constat , non
explanetur Auditoribus. Defectus hic manu-
ductionis , ad hanc Theologiae partem , efficit ,
ut multi ignorent , quid circa varia fidei capita
in Ecclesia disceptatum , & ad illorum in-
lustrationem in medium prolatum sit : nec
non ut aditus , in scrutinio , ac solida cog-
nitione Sacrarum Literarum progressus facien-
di cupidis , paecludatur. Utilitate , atque
necessitate Bibliothecae Theologicae adducti e
nostris Reformatiis Doctoribus nonnulli , Sylla-

bum

P R A E F A T I O

bum Scriptorum , qui de Theologia , ejusque partibus egere , concinnarunt ; ut superiore saeculo GISBERT. VOETIUS in *Exercitiis* , & *Bibliotheca Studioſi Theologiae*. JOANN. HENRIC. HOTTINGERUS in *Bibliothecario Quadruplicato*. GERARD. MEIERUS in *Bibliotheca Theologica Contracta*. At hoc saeculo nemo enostris Theologis , nisi fallor , hoc de argumento data opera differuit , nisi quis huc referre velit SALOM. VAN TIL *Bibliothecam Theologicam* , ejus *Methodo Concionandi a DAN.* BEDBERIO adjuncta. Verum enim vero nostro judicio Libellus hic *Bibliothecae Theologicae* , proprie ſic dictae , nomine insigniri nequit. Cum in illo per pauca , atque duntaxat generalia , de *Doctrina Sanctiore* , Scripta com-

me . 911

EDITORIS.

memorentur. Antequam opus adgressus sum,
Viros Doctos de proposito meo consului :
cumque illud comprobarent, Opera Theologo-
rum Philologorumque, (quantum mihi nancisci
datum est) nec non Biographos, Ephemerides Li-
terarias, ac Bibliothecarum Theologicarum Edito-
res perlustravi. Collectanea mea in ordi-
nem redigens, comperi, multis in locis Au-
tores a me adnotatos a CHRISTOPH. MATTH.
PFAFFIO in *Introductione in Historiam Theologiae*
Literariam. MICH. LILIENTHALIO im *Theologisch-*
Homiletischen Archivario. JOANN. GEORG. WAL-
CHIO in *Biblioteca Theologica Selecta*, aliisque,
adductos esse ; quare ad eos Lectorem saepe
ablegavi. Plerosque Scriptores inspexi, non-
nullos tamen, quos frustra quaesivi, alio-

rum

P R A E F A T I O

rum ex auctoritate citare necesse habui.
Quamobrem si aliqui male in medium adducti
fuerint, nequid meae culpae imputes, pre-
cor. Quidam objicient, Librorum, quibus
Auctores de dogmatibus fidei enumerantur,
magnam esse copiam: complures commemora-
ri, quos consulere non licet: nonnullos tan-
ti non esse momenti, ut conferri merean-
tur: opera praeclara, a Viris Doctis publici ju-
ris facta, omissa esse: tanto Auctorum numero
Tyrones confundi: denique judicium meum,
vel aliorum, de Librorum existimatione,
non additum esse. Lubens fateor has diffi-
cultates non omni destitutas esse fundamento,
& caussa. Attamen hanc, quam secutus fu-
um, viam ingredi varias ob rationes magis

con-

E D I T O R I S.

consultum esse duxi. Egregia sane a Theologis summis, ac cum primis Augustanae Confessioni addictis Doctoribus prodiere Opera, quibus Bibliotheca Theologica construitur: inter quae eminet, modo laudatus WALCHIUS, cuius *Bibliothecam Theologicam Selectam* omnibus, ut de meliore nota, commendamus. Verum erim vero si *adnotationes* meae qualescunque cum illis conferantur, unicuique manifestum fiet, institutum meum ab eorum scopo ex parte deflectere, ut & alia methodo, ordineque me usum esse. Ad haec accedit, quod Opera illorum Eruditorum non nisi magno labore, atque sumtu, in Belgio nostro comparari queant. Quanquam non omnia eorum Scripta, quae in partes meas voca-

P R A E F A T I O

vi, his in oris Theologiae Cultores possideant,
atque raro occurrant; nihilo minus aliis in
regionibus parabilia sunt. Ut a partium stu-
dio caverem, nec caussam disputandi
darem, libros nominavi, qui, me quoque ju-
dice, ad inlustrandas veritates coelestes parum,
vel nihil lucis adferunt. Praeterea notandum, non
omnia, quae in adductis Eruditorum Com-
mentationibus exstant, rata mihi haberi, vel
eorum patrocinium in me fuscipi. Prae-
stantes lucubrations, atque multa in Vi-
rorum Doctorum Operibus obvia loca, quae
consuli merentur, omissa esse, concedo.
Absit autem, ut mihi omnia, quae memoratu dig-
na sunt, innotuisse, atque a me perlustrata esse
quisquam putet. Hoc tamen mihi memorare

E D I T O R I S.

liceat , ad ea colligenda , quae sufficere existimavi , omnem navasse operam , et adhibuisse accusationem , nec non consilium Viri Clarissimi , Cognati mei , & Polyhistoris Egregii HENRICI CANNEGIERI . Praetermissa , ut et quae quotidie de articulis fidei evulgantur Scripta , adlegatis addi possunt . In percensendis Eruditorum Operibus mihi non propositum fuit , ut omnia a studiofa Juventute consulerentur , at ut , cui volupe est , illa evolveret , prout cuique commodum est , et librorum copia suppetit . Judicium de librorum utilitate , et pretio addere longum , ac periculosum foret . Opera , quibus , quid in Scriptis laudandum , quid vituperandum sit , disseritur , in Prolegomenis , adducam . Si has

P R A E F A T I O

primitias non displicere experior, alteram Partem propediem (Deo volente) in lucem emit-
tam. *Hypotyposi Theologiae Elencticae* sententias
Adversariorum verbis, e Libris illorum sym-
bolicis petitis, subjungam. Multa vitia ir-
repere typographica, maxime orta, quod
haec Forma Sanorum Verborum loco diffito
fuerit excusa: extantiora in fine notavi,
atque emendavi: praeterita in meliorem par-
tem accipias, et corrigas, etiam atque e-
tiam rogo. Indicem verborum, ac rerum,
nec non addenda, Parti ultimae adnectam.
Compendium hoc Theologicum quinquies ab
AUCTORE Latine sub his titulis editum est. A.
D. CICICLXXXVIII. *Aphorismi, quibus Funda-*
menta Sanctae Theologiae Comprehenduntur. A. D. I

E D I T O R I S.

CIO C XC. *Aphorismi*, quibus Fundamenta Theologiae Comprehenduntur, Secunda hac Editione, quibusdam in Locis Aucti, & Testimoniiis S. Scripturae Confirmati. A. D. CIO C XCI.

Aphorismi, quibus Fundamenta Doctrinae Christianæ Comprehenduntur. Tertia hac Editione, quibusdam Locis Aucti, & Castigati. A. D. CIO CCII. *Doctrina Christianae Religionis per Aphorismos summatim Descripta. Editio Quarta.* Cui nunc accedit *Theologiae Elencticae.* A. D. CIO CC XIV. *Editio Quinta* cum superiore inscriptione in fronte prodiit. Libri hujus Versio Belgica, et inscripta (*Korte Stellingen, in welke vervat worden de Grondstukken van de Christelyke Leere*) ter † evulgata est. A. D.

CIO

* Editio Quarta, et Quinta, quae circumfertur, nihil novi habet praeter titulum.

P R A E F A T I O

cic. vi. cum Praefatione AUCTORIS. A. D.
cic. ccvi. A. D. cic. ccxvi. Analyſis
conciannam, & nervosam Operi praemissam in u-
sum Auditorum composuit Celeberrimus, nobis-
que Amicissimus THEODORUS SCHELTINGA, San-
ctioris Disciplinae in Alma Gelrorum Academia
Professor Primarius, illiusque Decus, at-
que Fulcrum, quem supremum Numen dui
sospitem, atque incolumem Ecclesiae, &
Literis Sacris servet, ex animo opto. Dabam
Arnhemiae Quarto Kalend. Decembres. A. D.
cic. cc LX.

PRO-

PROLEGOMENA.

§ I.  *Um Auctores quosdam Theologiae Cultoribus scitu utiles, ac necessarios, in Adnotationibus Doctrinae Religionis Christianae subjunctis, in medium adducere non licuerit, ut et in iis Lectorem ad nonnullos Scriptores saepe ablegaverim. Hos, atque illos, nec non Opera, ab Eruditis de variis Theologiae generibus edita, in hoc praeloquio commemorare constitui. At vero omnes recensere, cum longum fuerit, aliquorum duntaxat, ac potiorum mentionem facere mihi propositum est.*

§ II. *Omnium primi heic in censum veniunt Bibliothecarum Theologicarum Scriptores. Hoc nomine insinuantur Viri Docti, qui syllabum dedere Operum, quibus veritates coelestes, vel generatim, vel speciatim, exponuntur, ac contra objectiones Adversariorum defenduntur. Horum Scriptorum notitiam suppeditarunt DAN. GEORG. MORHOFIUS*

†

in

in Polyhistore. Tom. 2 Lib. 5 § 13 CHRISTOPH. MATTH. PFAFFIUS in Introductione in Historiam Theologiae Literariam. Part. I. Prolegomen. § 6 pag. 31 seq. JOANN. FRANCISC. BUDDEUS in Isagoge ad Theologiam Universam Tom. 1 Lib. 1 Cap. 3 § 22. JACOB. FRIDERIC. REIMMANNUS in Catalogo Bibliothecae Theologicae. Sect. 2. Cap. 3. JOANN. CHRISTOPH. KOECHERUS in Conspectu Theologiae Universae. Cap. 6 § 314. JOANN. GEORG. WALCHIUS in Praefatione Bibliothecae Theologicae Selectae. Tom. 1 pag. 7. seq.

§ III. *Opera Theologorum de dogmatibus fidei non tantum enumerarunt, sed et judicium suum, aliorumque Eruditorum, de eorum pretio, quid in iis laudandum, quid vituperandum sit, addiderunt Bibliothecarum Theologico-Criticarum compofitores (a). Jungeudi his Vitarum, ac imprimis Thea-*

(a) Confer. WALCHIUM l. c.

PROLEGOMENA.

3

13 CHRISTI. Theologorum, Philologorumque Scriptores (b).
 one in His Ephemeridum Literariorum Editores (c). Ju-
 1. Prole- dicatorum de Scriptis a Virorum Doctorum luci ex-
 cisc. BUD. positis Collectores (d). Postremo Librorum Auctores,
 Universam quorum titulus vulgo in Ana terminatur (e).

† 2

§ IV. Ad

(b) Addi, sis. BURCARD. GOTTHELF. STRUVIUM in Intro-
 ductione in Notitiam Rei Litterariae, et Usum Bibliothecarum.
 Cap. 7. PFAFFIUM l. c. Par. 3 Lib. 4 § 12 pag. 315 seq.
 BUDDEUM l. c. Tom. I Lib. 1 Cap. 4 § 19 pag. 201 seq.
 CHRISTOPH. AUGUST. HEUMANNUM in Conspectu Reipublicae Lit-
 terariae Cap. 7. WALCHIUM l. c. pag. 6. seq. *Inspice adhuc*
 CASPAR. BURMANNI Trajectum Eruditum. EMON. LUC. VRIE-
 MOETHII Athenas Frisiacas. JACOB BRUCKERI Bilder-Saal Heutiges
 Lebender, und durch Gelahrtheit Beruhmter Schrift-Steller. PIET.
 DE LA RUE Geletterd Zeeland.

(c) Vide STRUVIUM l. c. Cap. 6. PFAFFIUM l. c. Par. 1 pag.
 32 seq. et pag. 41. HEUMANNUM l. c. Cap. 6 § 4 seq. KOE-
 CHERUM l. c. Cap. 6 § 316. Addi memoratis Diariis possunt.
 Relationes de Libris Novis Gottingae excusis. Nova Bibliotheca
 Lubecensis. Excerptum Totius Italicae, nec non Helveticac Li-
 teraturae. Bibliotheca Bremensis Nova. Opuscula Societatis Lite-
 rariae Duisburgensis. Bibliotheque des Sciences, et des Beaux Arts.

(d) Consulendus praeter alios STRUVIUS l. c. Cap. 8 §. 2 seq.
 ut et HEUMANNUS l. c. Cap. 7 § 6.

(e) Evolve STRUVIUM l. c. § II, et HEUMANNUM l. c. Ad-
 junge JOANN. CHRISTOPH. WOLFIMUM, et MICH. LILIENTHA-
 LIUM locis a JOANN. CHRISTOPH. COLERO in Analectis STRUVII
 l. c. subjunctis pag. 726. seq. jam adductis.

§ IV. Ad rerum divinarum studium recte inchoandum, ac feliciter promovendum, ut quis finem consequatur exoptatam, inserviunt varia media, atque subsidia. Haec tradiderunt, atque regulas, quomodo adhiberi, et applicari debent, praescripsere Viri Docti, qui de Methodo Studii Theologici differuerunt. Horum magna est seges. Sequentes in medium adduxisse sufficiet. ABRAHAM. SCULPTETUM in Libello de Recta Ratione Studii Theologici, qui legitur in Exercitationibus Grammaticis in Psalmum 1. & Geneseos Caput 2 JACOB. RHENFERDIL ANTON. WALAEUM in Oratione de Studii Theologici Recta Institutione. Oper. Tom. 2 pag. 299 seq. LUDOVIC. CROCIUM in Instructione de Ratione Studii Theologici, quae inserta est Opusculo, cui titulus HUGON. GROTHI, et aliorum Dissertationes de Studiis Instituendis pag. 491 seq. GISBERT. VOETIUM in Exercitiis, et Bibliotheca Studiosi Theologiae. HENRIC.

a DIEST *in Libello, qui inscribitur Necessaria Institu-*
tio de Ratione Studii Theologici. JOANN.
ACRONIUM *in Problematibus de Studio Theologico*
recte privatim Instituendo, et de Concionibus Ecclesiasticis. JOANN. HOORN-
BEEKIUM *in Oratione Inaugurali de Studio Sà-*
cro - Sancto Theologiae, *quae postea adnexa*
est ejus Summae ad Controversiarum Religionis
cum Infidelibus, Haereticis, et Schismati-
cis, Colbergae superiore saeculo recusae. STE-
PHAN. GAUSSENIUM de Studii Theologici Ra-
tione. Dissertationum Theologicarum Dis-
sert. I. FRANCISC. BURMANNUM P. in Consi-
lio de Studio Theologico Feliciter Instituen-
do, *ad calcem Tom. 2 ejus Synopseos The-*
ologiae. JOANN. HENRIC HEIDEGGERUM de
Ratione Studiorum, Opuscula Aurea Viro-
rum Doctorum, de Ecclesia Christiana, &
Republica Literaria Meritissimorum, HEN-
RIC BULLINGERI, DESIDER. ERASMI, LU-

DOVIC. JACOB. BREITINGERI , FRANCISC.
JUNII. JOAN. OWEN de Studio Theologiae
Θεολογίαν. Lib. 6 Cap. 9. ANTON. PERIZO-
NIUM in Tractatu de Ratione Studii Theologi-
ci. SALOM. VAN TIL in Consilio de Ratione
Studii Theologici , *quod quibusdam Observati-*
nibus auctum, praemissum est ejus Methodo Con-
cionandi Franequerae typis excusae. *Inspici ad-*
huc possunt JOANN. OLEARIUS in Isagoge ad Sa-
cram Theologiam. JOACHIM. LANGIUS in In-
stitutionibus Studii Theologici Literariis. JOANN.
FRANCISC. BUDDEUS in Isagoge Histor-Theo-
log. ad Theologiam Universam. Tom. 1 Lib.
1. CONRAD. NAHMMACHERUS in Institutio-
nibus Studii Theologici. CAROL. JACOB.
DENINA de Studio Theologiae , et Norma-
Fidei. JEAN MABILLON dans Traité des E-
tudes Monastiques : *item* dans Reflexions
sur la Reponse de Mr. l'Abbé de la Trappe
au Traité des Etudes Monastiques : *nec non*

dans

dans Lettres , et Ecrits sur les Etudes Monastiques , *quae prostant* dans Ouvrages Posthumes de JEAN MABILLON , et de THIERRE RUINART Tom. I. Liv. 4. LOUIS ELIES DU PIN dans Methode pour Etudier la Theologie. *Qui plura , hoc de argumento ab Eruditis evulgata , Opera scire cupit , consulat Autores allegatos* a KOECHERO l. c. Cap. 5. § 290. et WALCHIO l. c. Tom. I Cap. I.

§ V. *Theologia respectu materiae in quinque Classes generales commode dispesci potest.* I in Exegeticam. II Dogmaticam. III Elencticam. IV Moralem. V Historicam.

§ VI. *Theologia Exegetica (quae et Theologia Biblica , nec non Hermeneutica Sacra appellatur) tradit media , atque regulas , ad genuinum in Oraculis Divinis sensum eruendum , varias illa interpretandi methodos , ut et fata , tam prospera , quam adversa , ea exponendi. Consule , cui volupe est , JOANN.*

OLE-

OLEARIUM *in Theologia Exegetica.* JOANN.
BAPTIST. ROSCHELIUM *de Natura, & Constitu-*
tione Theologiae Exegeticae. HENRIC. O-
PITIUM *in Theologia Exegetica Methodo A-*
nalytica Proposita. JACOB. FRIDER. REIMMAN-
NUM *in Praefatione, quam praefixit* RICHARD.
SIMONII Historiae Criticae Commentatorum
Praecipuorum Vet. & Nov. Test. JOANN.
FRANCISC. BUDDEUM l. c. Tom. 2. Lib. 2. Cap.
8. MART. CHLADENIUM *in Institutionibus The-*
ologiae Exegeticae. DAV. MILLIUM *in Ora-*
tione de Fatis Theologiae, subjuncta ejus Mi-
scellaneis Sacris. Pag. 415 seq. JOACHIM. LAN-
GIUM *in Commentat. Histor. de LUTHERO Bi-*
blici Studii Restauratore. Adde Viros Doctos
in Adnotationibus pag. 102 seq. in medium ad-
ductos; nec non Scriptores, quos recensuerunt
Auctores a KOECHERO l. c. Cap. 6 § 319 no-
minati. Partes Theologiae Exegeticae sunt, 1
Theologia Prophetica. 2 Typica. 3 Em-

ble-

blematica. 4 Allegorica. 5 Parabolica. 6
Homiletica.

§ VII. Theologia Prophetica *varios modos*,
quibus Supremum Numen arcana sua Fatidicis reve-
lavit, complectitur; criteria, quibus verae Pro-
phetae a falsis dignoscuntur, exhibet; regulas O-
racula Prophetarum enucleandi monstrat; fata
Ecclesiae per omnia tempora a Vatisbus, Spiritu Dei
actis, praedicta pandit; implementa vaticiniorum
comprobat; Prophetarum denique, qui sub Ve-
ttere, & Novo Testamento floruere, catalogum tra-
dit, eorumque vitam brevi penicillo delineat. In-
lustrationi hujus argumenti Scripta sequentia inser-
vire possunt, ut ANDR. RIVETI Oratio, & Prae-
fatio, quae praemissae sunt ejus Commentario
in Hoseam Oper. Tom. 2 pag. 481 seq. SAM.
MARESII Dissertatio de Prophetia, & Pro-
phetis. PETR. DAN. HUETII Demonstratio Eu-
angelica Proposit. 7. JOANN. COCCEIUS Consi-
derationes ad Ultima Mosis, & Praefationes

††

ejus

ejus Observationibus in Danielem , & Commentario in Hoseam *praemissis*. FRANCISC. BURMANNI P. Enchiridium Propheticum , *quod legitur ejus* Exercitationum Academicarum Par. 1 pag. 121 seq. Item Disputatio de Prophetis Novi Testamenti Par. 2 pag. 195 seq. JOANN. HENRIC. HEIDEGGERI Oratio de Prophetia , *subiecta ejus* Dissertationum Selectarum. Tom. 4. JOANN. LIGHTFOOTI Tractatus de Spiritu Prophetiae , *qui profat in ejus* Operibus Posthumis pag. 75 seq. MELCH. LEYDEKKERI de Republica Hebraeorum Tom. 1 Lib. 10 Cap. 7. et Tom. 2 Lib. 2 Cap. 8. CORNEL. HASAEI Oratio de Summa, his quidem Temporibus , Necessitate Studii Prophetici. TOB. PFANNERI Opusculum de Charismatibus Antiquae Ecclesiae. JOANN. HENRIC. MAJI Theologia Prophetica. ANTON. VAN DALE Dissertation de Vera , ac Falsa Prophetia. *Subiecta ejus* Dissertationi de Origine , ac Pro-

gres-

P R O L E G O M E N A . 11

gressu Idolatriae , et Superstitionum. pag.
 185 seq. SALOM. VAN TIL Hermeneutica Scrip-
 turae Propheticae , Methodo Mathematica
 Demonstrata, *adnexa ejus* Methodo Concio-
 nandi. *Item ejus* Specimen Supplementi *in*
 ABRAHAM. GULICHII Theologiam Propheticam
ibid. JOANN. FRANCISC. BUDDDEUS in Com-
 mentat. Histor.-Theolog. de Ecclesia Aposto-
 lica. TAC. HAI. VAN DEN HONERT Differ-
 tatio de Theologicae Propheticae Necesitate , e-
 jusque Perpetuo in Ecclesia Ufu. JOANN.
 LAURENT. MOSHEMII Dissertatio de Prophetis
 Ecclesiae Apostolicae , *quae prostat* Vol. 2 *e-*
jus Dissertationum ad Historiam Ecclesiasti-
 cam Pertinentium pag. 125 seq. AUGUSTIN.
 CALMETI Prolegomena in Prophetas , *inserta*
ejus Prolegomenis , et Dissertationibus in S. Scrip-
 turam , *versionis Latinae* Tom. 1 pag. 504 seq.
 ANDR. GEORG. WAEHNERI Antiquitates E-
 braeorum Vol. 1 Sect. 1 Cap. 3 seq. THOM.

SCHERLOKS het Gebruik, en Oogwit der Aeloude Profetien. EDUARDS WELS. SAM. WHITES. en WIL. LOWTHS Verhandelingen geplaatst voor het 8 Deel 1 Stuk der Verklaring der Engelsche Godeleerden van de H. Schrift. JOANN. D'OUTREINS Prophetische Godeleertheid. JOAN VAN DEN HONERTS Korte Schets der Prophetische Godeleertheid in de 3 Verzameling der Heilige Mengelstoffen bladz. 387enz. *Adjunge Opera Virorum Doctorum infra in Adnotationibus pag. 43 seq. pag. 62 seq. et pag. 111 seq. adducta: nec non Lucubrationes Eruditorum, quas exhibet MICH. LILIENTHALS im Biblischen Archivario des Alten Testaments 673 blatts. enz.*

§ VIII. In Theologia Typica *indagantur, recensentur, atque explicantur Personae, Res, atque Historiae Librorum Sacrorum, quae res futuras adumbrarunt, atque repraesentarunt. Hac de Theologiae Exegeticae parte, evolve, si lubet,*

(ne)

PROLEGOMENA. 13

(ne iterum memorem Auctores, quos indicavi pag.
 III seq.) LUC. BACMEISTERUM in Explicatio-
 ne Typorum Vet. Test. FRIDERIC. BALDUINUM
 in Adventu Christi Typico, et Passione Ty-
 pica. PETR. DAN. HUETIUM l. c. Praepo-
 sit. 9 Cap. 170. MICH. BAUMANNUM in A-
 nalectis Typicis Sacris. DAN. FESSELIUM in
 Christo Mysticō, nec non in Regno Christi
 Mysticō, et Regno Diaboli Mysticō. SA-
 LOM. GLASSIUM in Philologia Sacra Lib. 2 Par.
 1 Tract. 2 Sect. 4. ANTON. HULSIUM in
 Nucleo Prophetiae Par. 2. JOS. PLACEUM in
 Disputationibus Quibusdam de Typis. Oper.
 Tom. 1 pag. 1 seq. THOM. TAYLORUM in
 Christo Relevato. GUILIELM. OUTRAMUM de
 Sacrificiis Judaeorum Lib. 1 Cap. 18. JO-
 ANN. FRANCISC. BUDDEUM in Dissert. Theolog.
 de Peccatis Typicis, quae inserta est ejus Mis-
 cellaneorum Sacrorum Par. 1. pag. 209 seq.
 NICOL. GURTLERUM in Vocab. Typico-Pro-

pheticarum Explicatione. HERMAN. DEUSINGIUM *in* Demonstrationibus Allegoriae Historiae: *et in* Mose Euangelizante. HIERON. GULIELM.. SNABELIUM *in* Amoenitatibus Theologicis, Emblematicis, et Typicis. JOANN. CASPAR. SUICERUM *in* Thesauro Ecclesiastico *in* v. τύποις. JOANN. MARCKIUM *in* Sylloge Dissertation. Philolog. - Theolog. ad Selectos Quosdam Textus Nov. Test. Exercit. 17 ad Rom. 5 v. 14 seq. JOACHIM. LANGIUM *in* Mysterio Christi, et Christianismi in Fasciis Typicis Antiquitatum Biblicarum Vet. Test. JOANN. GEORG. BELLERSHEIMIUM *in* Exercitationibus Typico-Propheticis de Fatis Christi Insignioribus Mysticis in Fatis Ecclesiae, et Unoquoque Fideli. ABRAHAM. PUNGELERUM *in* Dissert. de Historicis sub Promissione Typis. BERNARD. SEBAST. CREMERUM *in* Dissert. de Typorum Usu, et Abusu, quae exstat *in* ejus Prodromo Typico. pag. 1 seq.

ut

ut et in Tractatu Praeliminari *in limine* Tom. I ejus Antiquitatum Mosaico - Typicarum. GODOF. BENJAM. SCHAELIUM de Theologiae Typicae Necessitate , Utilitate , et Jucunditate , et de Providentia Divina in Typis circa Christum. JACOB. GIRARD. DES BERGERIES dans Moysé Devoile. JOANN. BIERMANNUM in Libro Belgice edito sub titulo Moses , ende Christus. Conferre praeterea juvabit Opera Theologorum de Foedere Gratiae sub Promissione , et Lege ad Cap. 20 adducenda : Scripta amoebaea Cocceianorum , eorumque Antagonistarum , quorum nonnulla pag. 112 seq. commemoravi : Polemicos , qui sententiam Recutitorum , Socinianorum , aliorumque de Legibus ritualibus Vet. Test. refutarunt : denique Virorum Doctorum Commentationes , quibus JOANN. MARSHAMI , JOANN. SPENCERI , eorumque ad Seclarum hypothesi de origine , et Fine Caerimoniarum Israelitis praescriptarum obviam iverunt.

§ IX. Quam

§ IX. Quam plurima in Pandectis Sacris occur-
runt loca , quibus personae , vel res , nominibus
rerum creatarum figurate , sive emblematice ,
in signiuntur. Doctrina , qua illa emblemata me-
morantur , eorum natura explanatur , atque re-
gulae ea rite interpretandi traduntur , Theolo-
gica Emblematica appellatur. Hac de re pae-
ter aliquos modo allegatos differuerunt ANDR. LU-
DOV. KOENINGSMANNUS in Emblematicis Pro-
pheticis. AUCTOR in Theologia Symbolica ,
post ejus mortem ex adnotatis in lectionibus publi-
cis ab ANONYMO concinnata , ac in lucem emis-
sa. Libellus hic foetus minime genuinus est ,
atque innumeris , gravioribusque erroribus , ac
vitiis scatet. MARTIN. CHLADENIUS de The-
ologia Emblematica. WILHELM. ERNEST. E-
WALD in Emblematibus Sacris. JOANN. D'OU-
TREIN in de Proeffstukken van Heilige Sinne-
beeldcn Deel 137 bladz. enz. ARNOLD.
RuIMIG Verklaring van de Voornaamste Heili-

lige ,

ge , en Schriftuurlyke Zinbeelden met Aan-
teekeningen van JOAN VAN DEN HONERT.
Adde Scriptores nominatos MARTIN. LIPENIO in
Bibliotheca Theologica Reali. Tom. I. in v.
Emblemata Sacra.

§ X. Theologia Allegorica non tantum natu-
ram Allegoriarum describit ; discrimin , quod
inter Allegoriam , et Typum intercedit , mon-
strat ; ac canones observandos in explicatione pe-
ricoparum illarum in Codice Sacro , ubi verba ,
vel facta , quae aliis in locis proprie , ac lite-
raliter accipiuntur , novo , ac mystico sensu su-
muntur , et ad res spirituales transferuntur , iis-
que adplicantur ; sed et in ea indagatur ; an
Allegoriae solum e verbis ; an vero quoque e
rebus gestis desumantur. Denique monita suppe-
ditat salutaria circa cautelas in illarum expositio-
ne adhibendas. Consule quaedam Opera E-
ruditorum modo adducta , ut et Auctorum a LI-
PENIO l. c. in v. Allegoriae laudatorum.

†††

§ XI. The-

§ XI. Theologica Parabolica continetur verbalis, atque realis Parabolarum definitio; nec non clavis ad verum sensum narrationum illarum rerum, sive vere gestarum, sive fictarum, in Verbo Dei obviarum, quae eum in finem artificiose sunt contextae, ut similitudinibus illis res spirituales clare, atque nervose delineentur. Insuper in ea differitur, quid inter Historiam, et Parabolam interest; quaenam sunt criteria, quibus haec ab illa dignoscuntur; nec non quæstiones discutiuntur, an omnes parabolæ sint descriptiones rerum vere gestarum? an nonnullæ rerum futurarum praedictiones comprehendant? an ex iis veritates salutares solide comprobari possint? Hac de disciplina legi possunt SALOM. GLASSIUS in Philologia Sacra Lib. 2 Par. 1 Tract. 2 Sect. 5. JOANN. HENRIC. URSINUS in Theologia Symbolica, sive Symbolarum Sacrarum Sylva. JOANN. MELCHIORIS Oper. Tom. 1 pag. 85 seq. de Fatis Ecclesiae secundum Parolas Selectiores ex

PROLEGOMENA. 19

Matthaeo. GULIELM. SALDENUS *in Exercitatione de Parabolis Euangelicis*, *quae exstat in ejus Otiis Theologicis.* Lib. 4 Exercit. 5.
 JOANN. MARCKIUS *in Sylloge Dissert. Philolog.-Theolog. ad Selectos Quosdam Textus Nov. Test. Exexecit.* 4 ad Matth. 13 v. 3 &c.
 JOANN. CASPAR. SUICERUS *in Thesauro Ecclesiastico in v. 14. 15. 16.* JOANN. GEORG. NEUMANNUS *in Dissert. de Parabola, inserita ejus Primitiis Dissertationum Academiarum. Dissert. 10.* LAURENT. REINHARDUS *in Institutionibus Theologiae Parabolicae. Adde Scriptores in Adnotationibus l. c. nominatos; ut et Commentarios ab Eruditis publici juris factos, quorum aliquos dedit JACOB. DE MONTEFRIO in Methodo Praelectionis Biblicae. Sect. 11.*

§ XII. Theologia Homiletica (*quae alias Oratoriae Sacrae, et Ecclesiasticae, nec non Methodi Concionandi nomine venit*) Verbi Dei Praconibus tradit praecepta eligendi e Literis Sacris

loca, quae circumstantiis auditorum, locorum, ac temporum conveniunt. Insuper regulas textus sacros secundum mentem Spiritus Sancti ordine, ac clare interpretandi, concionesque sacras componendi praescribit. Denique rationem, sermones ecclesiasticos ad aedificationem coetus proponendi, pandit. Videantur Auctores CHRISTOPH. MATTH. PFAFFIO in Introductione in Historiam Theologiae Literariam Par. 3 Lib. 5 § 4 pag. 358 seq. enumerati. Adjunge ibi citatis GULIELM. PERKINSIUM in Tractatu de Sacra, & Unica Concionandi Ratione. Oper. Tom. 1. col. 161 seq. ANTON. WALAEUM in Tractatu de Munere Ministrorum Ecclesiae, et Inspectione Magistratus circa illud, in lumine Tom. 2 ejus Operum. LUC. TRELCATIUM JUN. in Ecclesiaste, sive Methodo, et Ratione Formandi Sacras Conciones. Opuscularum Theologicorum pag. 392 seq. LUDOV. DE DIEU in Rhetorica Sacra. PETR. VAN MASTRICHT

in Paralipomenis de Optima Concionandi Methodo, *subjuncta ejus Theoretico - Practicae Theologiae pag. 1325 seq.* SALOM. VAN TIL in Commentario ad Methodum Concionandi, *quae addita est ejus Methodo Concionandi a DAN. BEDBERIO evulgata.* FRANCISC. FABRICIUM in Oratore Sacro. FRIDERIC. OSTERVALDIUM in Libro Gallice edito sub titulo De l'Exercice du Ministre Sacre. JOANN. FRIDERIC. STAPFFERUM in syne Verhandeling over de Beste Predikwyse. *Postremo confer Eruditos de Theologia Pastorali, quorum infra mentionem injiciam.*

§ XIII. In Theologia Dogmatica (*quae quoque Systematica, Thetica, et Acroamatica vocatur*) veritates salutares *justo, et concinno ordine explanantur, stringentibus rationibus comprobantur, ac ab objectionibus Adversariorum vindicantur.* Innumeri sunt Scriptores qui Systema dogmatum coelestium in lucem emiserunt, illorumque catalogum (*ut taceam Auctores KOECHERO l. c.*

indicatos) dedit JOANN. GEORG. WALCHIUS in Bibliotheca Theologica Selecta. Tom. 1 Cap. 2 ubi percenset Veteres, ac Recentiores omnium fere Sectarum, qui complexum veritatum salutarium evulgavant. Quamobrem aliquos Reformatos, ab eo non adductos, nominasse contentus ero, ut ZACHAR. URSINUM in Locis Communibus. Oper. Par. 1. col. 426 seq. et in Thesibus Complectentibus Summam Locorum Communium. col. 732 seq. HENR. ANTON. NERDENUM in Systemate Theologico. FRANCISC. JUNIUM in Thesibus Theologicis Lugduno Batavorum Disputatis. Oper. Tom. 1 col. 1979. seq. nec non in Thesibus Theologicis Heidelbergae Ventilatis: ibid. col. 2139 seq. denique in Summa, aliquot Locorum Communium. Tom. 2 col. 1809 seq. LUC. TRELCATIUM JUN. in Scholastica, et Methodica S. Theologiae Institutione, quae profat in ejus Opusculis Theologicis pag. 1 seq. JOANN. POLYANDRUM in

Dis-

Disputationibus Theologicis de Praecipuis Christianae Religionis Capitibus, *insertis ejus Syntagmati Exercitationum Theologicarum.* FRANCISC. GOMARUM in Disputationibus Theologicis. Oper. Par. 2 pag. 1 seq. *An hae Disputationes, sub titulo, Locorum Communium Epitome, quoque prodiere, cuius mentionem facit WALCHIUS l. c. pag. 220: an vero haec ab illis sit diversa, ignoro: cum Epitomen inspicere mibi non licuerit.* JACOB. REVIVUM in Collegio, sive Brevi Systemate Orthodoxae Theologiae. JOANN. HOORNBEEKIUM in Miscellaneis Sacris Lib. 2 Cap. 3 seq. CAMPEG. VITRINGAM F. in Thesibus Theologicis, *insertis ab HERMANN. VENEMA ejus Opusculis.* pag. 125 seq. CHRISTOPH. BECKIUM in Fundamentis Theologiae Naturalis, et Revelatae: JOANN. HENRIC. RINGIERUM in Thesibus Theologicis, continentibus Praecipua Christianae Doctrinae Capita, ex primis Principiis deducta.

§ XIV. Ad

§ XIV. *Ad Theologiam Dogmaticam pertinet Theologia Catechetica, Foederalis, et Mathematica.*

§ XV. *Theologia Catechetica, sive Exoterica continet succinctam, et dilucidam Elementorum Religionis Christianae delineationem, ad captum rudiorum accommodatam, ac plerunque per quaestiones, et responsiones propositam. Historiam hujus Theologiae; ut et Catechismos publici juris factos; nec non Commentarios in Catechesin Palatinam editos, commemorarunt HIERONIMUS VAN ALPHEN in Prologo in Catechesin Heidelbergensem, ejus Oeconomiae Catechesis Palatinae praemiso. JOANN. GEORG. WALCHIUS l. c. Tom. I Cap. 4 et Viri Doctri laudati JOANN. CHRISTOPH. KOECHERO in Spectu Theologiae Universae Cap. 6 § 373.*

§ XVI. *Doctrina Veritatum salutarium, secundum ordinem Foederum Dei cum hominibus gratiose initorum, instituta, Theologiae Foedera-*

lis nomine venit. De hac methodo Theologiam tractandi inspici possunt Auctores in Adnotationibus pag. 5 in medium adducti. Praeterea Viros Doctos, qui disciplinam sanctiorem bac ratione tradiderunt, exhibit WALCHIUS l. c.

Cap. 2 § 18.

§ XVII. Opera Eruditorum, quibus Dogmata Fidei, more apud Mathematicos usitato, explanantur, et vindicantur, Theologia Mathematica vulgo vocatur. Cum hac methodo Mathematica convenit Methodus Demonstrativa, nec non Scientifica. Hanc Theologiam tractandi modum cum maxime multi ceteris praeferunt, atque sequendum esse contendunt. Attamen magnus est Theologorum numerus, qui eum improbant, atque minime in pertractione veritatum coelestium exhibendum esse censem. Opera de his Methodis, et lites circa illas motas, exhibent Auctores commemorati KOECHERO l. c. Cap. 4 Sect. 20. & WALCHIO l. c. pag. 12.

||||

§ XVIII I^o

§ XVIII. In Theologia Elenctica , sive Po-
lemica genuina sententia Ecclesiae nostrae , at-
que erroneae Adversariorum opiniones circa dog-
mata fidei candide delineantur ; status quaestio-
nis nos inter et dissentientes accurate figitur ; fi-
des Reformatorum validis argumentis adstruitur ;
rationes , atque objectiones aliarum Sectarum soli-
de , absque aculeis , et conviciis diluuntur , atque
solvuntur. Scriptores polemicos , generales , et par-
ticulares ; nec non Opera Eruditorum de vera
ratione studii , et systematis Theologiae Pole-
micae ; item de errore , haeresci , schismate ,
pace , moderatione , libertate , prudentia , pree-
judiciis , odio Theologico , partium studio , haere-
tificio , poenis haereticorum , et similibus , addu-
cere nunc supersedeo , cum Auctores , his de ar-
gumentis in Prolegomenis Hypotyposi Theolo-
giae Elencticae praemittendis , in medium adduce-
re mihi propositum sit. Interea consuli possunt com-

M V X 2

men-

mentationes *Virorum Doctorum WALCHIO* l. c.
Tom. I Cap. 5 indicatae.

§ XIX. *Ad Theologiam Elencticam commode referri queunt*, Theologia Eclectica , Problematica , Pacifica , & Comparativa.

§ XX. *Disciplina* , *qua e variis , diversisque Eruditorum sententiis circa articulos fidei , vel circa quarundam pericoparum Oraculorum Divinorum sensum , eligitur , quae post rite institutum examen omnium fit verosimilis ; vel rejectis adhuc evulgatis opinionibus , et interpretationibus , nova proponitur , illaque *Virorum Doctorum iudicio subjicitur* , Theologia Eclectica , *sive Electiva* vocatur. Consule , si placet , JOANN. FABRICIUM in Dissert. de Theologia Eclectica , *quae exstat in ejus Amoenitatibus Theologicis.* Dissert. 7 pag. 304 seq. CHRISTOPH. MATTH. PFAFFIUM in Introductione in Historiam Theologiae Literariam. Par. I in Epilogo. HENRIC. KLAUSINGIUM in Dissert. de*

Sermones πάντων ad i. Thessal. 5. v. 21. CHRISTOPH. AUGUST. HEUMANNUM ad calcem Par.
reijus Novae Sylloges Dissertationum.

§ XXI. In Theologia Problematica non tantum agitur de controversiis circa dogmata fidei, quae cum Heterodoxis agitantur; at imprimis, de quaesitis circa res Theologiae obscuriores inter Orthodoxos disceptatis, differit; ut illae illustrentur, atque dissentientes concilientur. Hoc de argumento inspici possunt BENEDICT. ARETHI Problemata Theologica. GISBERT. VOETII Syllabus Problematum Theologicorum: ut et Pars 5 ejus Selectarum Disputationum. HENRIC. ALTINGII Theologia Problematica Nova.

§ XXII. Commentatio circa articulos fidei, vel disciplinam ecclesiasticam, quae eo tendit, ut pax in Ecclesia conservetur; vel domesticae litteres confopiantur; vel dissentientes Sectae reconcilientur vocatur Theologia Irenica, ut et Pacifica. Libri Irenici variis sunt generis: quidam

concinnati sunt, ut omnes Sectae coadunentur; alii ut inter quasdam pax restauretur, ut inter Graecos, et Latinos; inter Pontificios, & Protestantes; inter Reformatos, & Remonstrantes; inter Reformatos, & Lutheranos. Auctores buc spectantes enumerarunt Eruditi, quos commemorat KOECHERUS l. c. Cap. 6. § 361. Et quosdam in Prolegomenis Theologiae Elencticae citabo.

§ XXIII. In Theologia Comparativa controversiae de veritatibus Divinis inter se comparantur, atque de illarum pondere, & momento differit, ac dijudicatur; an ad fundamentalia fidei dogmata pertineant, nec ne? ut dissentientes concilientur, atque tolerentur. Haec Theologia distinguitur in veram, & falsam. Inter posterioris generis patronos refertur JACOB. GAERDENIUS cum ejus adseclis, Indifferentis, & Mysticis. Illos oppugnarunt, & debellarunt Eruditi indicati WALCHIO l. c. Tom. 2. Cap. 5. Sect. 12 § 18. Adde, si placet JOANN.

WOLFGANG. JAEGERUM *in Examine Theologiae Novae Controvers. 2.*

§ XXIV. Theologia Moralis (*quae alias Theologia Practica, item Activa, nec non Mystica pura appellatur*) complectitur enucleationem eorum omnium, quae secundum Verbum Dei regenitis praestanda sunt; ut magis, magisque in statu gratiae ad Dei gloriam, propriam consolationem, et proximi aedificationem proficiant. Varia Theologia Moralis subiit fata, ut et deversimode a Veteribus, ac Recentioribus pertractata, atque divisa est. Scripta buc pertinentia percensuere (ut alios praeteream). THEODOR. CRUGERUS *in Prolegomenis ejus Apparatus Theologiae Moralis praemissis § 1 seq.* WALCHIUS l. c. Cap. ultim.

§ XXV. Partes Theologiae Moralis sunt Theologia Ascetica, & Cafuistica; nec non Ethica, Theologia Pastoralis, Paracletica, denique Prudentia Christiana.

§ XXVI. No-

§ XXVI. *Nomine Theologiae Asceticae* *venit*
liberior, ac *simplicior* *officiorum* a *piis praestan-*
dorum tractatus; *quo fideles ad exercitia pietatis*
obeunda excitantur, atque ad animi, vi-
taeque *vitia*, magis, magisque *emendanda incitan-*
tur; ut et monita *salutaria*, mediaque *ido-*
nea in vita spirituali crescendi, *iis suppeditatur*. *E*
nostris de Theologia Ascetica differuere **GISBERT.**
VOETIUS *in Libro*, cui *titulus* *ad exercitium*, sive
Exercitia Pietatis. **PETR. VAN MASTRICHT**
in Hypotyposi Theologiae Asceticae ad calcem
ejus Theoretico-Practicae Theologiae. pag. 1259
seq. **AUCTOR** *in Typo Theologiae Practi-*
cae. *Ceterum Operum Asceticorum tantus est*
numerus, ac *indies tot in lucem emittuntur*, ut
illa vix, ac *ne vix percenseri possint*. *Qui*
nonnulla scire desiderat, *adeat Scripta com-*
memorata **JOANN. HENRIC. HOTTINGERO** *in*
Bibliothecario Quadripartito. Lib. 3. Cap. 2 pag.
395 seq. **GEBHARD. THEODOR. MEJERO** *in*

Introductione in Universum Theologiae Moralis Studium. JOANN. FRANCISC. BUDDEO in Isagoge Histor. Theolog. ad Theologiam Universam. Tom. 1. Lib. 2 Cap. 4. § 7. WALCHIO l. c. Tom. 2 Cap. 6 § 18.

§ XXVII. *Disciplina illa, qua agitur, quomodo actiones cum omnibus earum circumstantiis investigandae, atque ad legem Dei explorandae, et dijudicandae sunt; an bonae, vel mala sunt, Theologia Casuistica, et Conscientaria, nec non Jurisprudentia Divina vocatur. Lucubrationes hac de re a nostrac Ecclesiae Reformatae Doctoribus, aliisque, juris publici factas insentiarum percensere praetereo, cum aliquas in Adnotationibus Cap. 6, ubi de conscientia agendum erit, adducere decreverim. Interim evolvi queunt Auctores, quos saepius laudatus WALCHIUS adduxit l. c. § 14, qui paragrapho sequente quoque enumerat Consilia, et Responsa Theologorum, quae ad hunc quoque pertinent locum.*

§ XXVIII. Ethic-

§ XXVIII. Ethicae nomine significatur doctrina circa modum, quo mores institui debent ad beatitudinem consequendam. De hac Theologiae Moralis parte e nostris videantur LAMBERT. DANAeus in Ethica Christiana Oper. pag. 40 seq. ANTON. WALLAEUS in Compendio Ethicae Aristotelicae ad Normam Veritatis Christianae Revocato Oper. Tom. 2 pag. 257 seq. JOANN. HENRIC. HEIDEGGERUS in Dissert. de Ethica Christiana. Dissertation. Selectar. Tom. 4 Dissert. 12. JOANN. RODOLPH. RODOLPHUS sub ficto nomine PHILARETI in Ethica. DAV. CONSTANTIUS in Systemate Ethico-Theologico. BENEDICT. RETECUS in Medulla Ethicae. DAN. WHITBY in Ethices Compendio. CASPAR. a RHEDEN in Introductione in Ethicam. *Hoc quoque de argumento commentatus est ARNOLD.* GEULINES in Libello cui titulus *Yvesi centrum*, sive Ethica. Opusculum hoc atro carbone notarunt RUARD. ANDALA in Examine Ethicae Clarissi-

mi GEULINGII , aliquique , quos memorat GOTTL.
STOLLIUS in Introductione in Historiam Litte-
rariam . Par. 3 Cap. 4 , ubi quoque plures de
Ethica Scriptores recensentur .

§ XXIX. Theologia Pastoralis comprehendit in-
structionem , quo modo Ecclesiae Pastores vitam
agere debeant ad gregis , illorum ductui commis-
si , aedificationem , atque salutem . Quo mi-
nus Scripta hoc pertinentia enarrem , otium mi-
hi iterum fecit JOANN. GEORG. WALCHIUS I.
c. Tom. 2 Cap. 6 § 17. Adjunge Auctores
de Theologia Homiletica , quos supra adduxi .

§ XXX. Theologia Paracletica tradit ratio-
nem , qua adflicti , vel calamitatibus oppressi , vel
morbo laborantes erigi , solatio adjuvari , ac
ad mortem rite praeparari debeant . Inspice ,
si lubet , praeter CHRISTIAN. HANSENIUM in
Theologia Paracletica Generali , & Speciali .
BOBERT. BELLARMINUM de Arte bene Mori-
riendi . GUILIELM. PERKINSIUM in Tractatu-

deb

de Recta , Feliciterque Moriendi Ratione.
JOANN. HOORNBEEKIUM *in Miscellaneis Sacris Lib. 3 Cap. 13 seq. ut et in Libello Belgice edito cui titulum fecit*, Euthanasia , ofte Wel-Sterven. JOANN. HENRIC. HEIDEGGERUM *de Consolatione Christiana contra Timorem Mortis. Dissertationum Selectarum Tom. 3 Dissert. 1 & 2.* AUGUST. PFEIFFERUM *in Anti-Melancholico.* ADAM. RECHENBERGIUM *de Oficio Ministri Verbi Paracletico.* JOANN. JACOB. HOTTINGERUM *de Consolatione Euangelica in Tentationibus.* CHRISTIAN. EVERHARD. WEIS-MANNUM *de Vero , & Falso Solatio : item in Commentat. de Privilegio Populi Dei contra vexationes Satanae , & Fidelium adversus Tentationes illius Internas.* CHARLES DRELIN-COURT dans les Consolations contre les Frayeurs de la Mort. JEAN LA PLACETTE dans la Mort des Justes. WILHELM. VAN EENHOORN *in Libro vernacula lingua exarato , atque in-*

scripto, Euthanasia, ofte Wel - Sterven.
§ XXXI. *Virtus illa*, qua Christianus pro circumstantiarum ratione actiones suas circumspecte dirigit, aptaque adhibet media, ut rectos sibi propositos fines, suam et aliorum salutem, obtineat: Prudentia Christiana, *sive* spiritualis *adpellatur*. De hac, nec non Theologica, Ecclesiastica *sive* Pastorali Prudentia conferri queunt NICOL. VEDELIUS de Prudentia Veteris Ecclesiae. JOANN. HOORNBEEK in Oratione de Prudentia *addita* ejus Theologiae Practicae Tom. 2. JOANN. FABRICIUS in Dissert. de Prudentia Ecclesiastica, quae exstat in ejus Amoenitatibus Theologicis pag. 114 seq. FREDERIC. SPANHEMIUS F. in Oratione de Prudentia Theologica. Oper. Tom. 2 col. 380 seq. JOANN. HENRIC. REITZIUS de Prudentia Ecclesiastica Illustrata ex Matth. 10. v. 16. THOMAS CRENIIUS sub ficto nomine DOROTHEI SICURI in Prudentia Theologica Explicatione Commentaria.

data.

data. JOANN. FRANCISC. BUDDEUS in Institutio-
nibus Theologiae Moralis Par. 3 pag. 633.
seq. EUSTAS. FRIDERIC. SCHUTTIUS *de Discri-
mine Sapientiae, & Prudentiae.* ANDR. KES-
LERUS in *Libro Germanica lingua conscripto, et
edito sub titulo Prudentia Christiana.*

§ XXXII. Theologia Historica, seu Historia Dogmatum exhibet varias, diversasque Sen-
tentias Ecclesiae in genere, tum nonnullorum Scrip-
torum in specie, circa singulos fidei articulos per
omnia tempora. Aliqui fata veritatum divina-
rum ex parte delinearunt, at de omnibus accu-
rata, et omnibus numeris absoluta Theologia
Historica, adhuc jure merito desideratur. Ope-
ra, quae hujus argumenti illustrationi inservi-
re possunt (ut omittam Historiae Ecclesiasticae E-
ditores) sunt sequentia, ut DIONYS. PETAVII O-
pus de Theologicis Dogmatibus. HENRIC. AL-
TINGII Theologia Historica. JOANN. FORBESII
Instructiones Historico-Theologicae Oper. Tom.

2. LUD. THOMASSINI Dogmata Theologica.
 JOANN. GUILIELM. BACERI Compendium Theologiae Historicae. LAURENT. REINHARDI Introductio in Historiam Praecipuorum Dogmatum Ecclesiae Evangelicae per Omnia N. T. Secula breviter Commemoratam. ALOYS. ANTON. VERNEII Apparatus ad Philosophiam, & Theologiam. Par. 2.

§ XXXIII. *Ad hoc Theologiae genus referri potest Theologia Symbolica, Hymnodica, Parastistica, & Scholaistica.*

§ XXXIV. *Doctrina Veritatum divinarum in Confessionibus fidei, sive Symbolis traditorum, atque ex iis ordine Systematico composita, nomine Theologiae Symbolicae insinuitur. Cum in Prolegomenis Hypotyposi Theologiae Elencticae praemittendis Auctores de Confessionibus fidei Veteribus, ac recentioribus, illarumque auctoritate, atque usu enarrare constituerim: heic tantum Eruditos indicabo, qui syllabum dederunt*

Scrip-

*neologica
tum The-
ARDI In-
Dogma-
a N. T.
OVS. AN-
niam, &
refuri p-
dica, Pa-*
*inmarum in
is traditio-
composita,
tium. Con-
ogiae Elen-
professionibus
larumque au-
taturim: beit
dum dederunt*
Scriptorum, ad illustrandam Theologiam Symbolicam, luci expositorum, ut JOANN. FRANCISC. BUDDEUS in Isagoge Historico-Theologica ad Theologiam Universam. Tom. 1. Lib. 2 Cap. 2. JOANN. GEORG. WALCHIUS in Introductione in Libros Ecclesiae Lutheranae Symbolicos, in primis in Prolegomenis, & Lib. 2 Cap. 3. nec non in Bibliotheca Theologica Selecta. Tom. 1. Cap. 3. JOANN. CHRISTOPH. KOECHERUS in Bibliotheca Theologiae Symbolicae, & Catecheticae, itemque Liturgicae pag. 45. seq.

§ XXXV. Commentatio de articulis fidei in Hymnis comprehensa, atque secundum seriem locorum communium digesta, appellatur Theologia Hymnodica. Confer CHRISTOPH. MATTH. PFAFFIUM in Dissert. de Recta Theologiae Hymnodicae Conformatio. Adjunge Lucubrationes Eridorum de Hymnis Christianorum, quas memorat JOANN. ALBERT. FABRICIUS in Bibliographia

An-

Antiquaria Cap. II § 13 pag. 368 seq.

§ XXXVI. Theologia Patristica exhibit *Sententias Patrum, sive Doctorum priorum saeculorum, circa dogmata Religionis Christianae. Videantur ABRAHAM. SCULTETUS in Medulla Theologiae Patrum. JOANN. HOORNBEEK in Miscellaneis Sacris Lib. I Cap. I. JOANN. FECHTIUS in Thesibus ex Theologia Patristica, quae prostant in ejus Philocalia Sacra pag. m. 179 seq. JOANN. FRANCISC BUDDEUS in Isagoge Historico-Theologica Tom. I Lib. 2 Cap. 3. JOANN. CHRISTOPH. HARENBERGIUS in Theologia Primo, rum Christianorum Dogmatica, ex Monumentis Ecclesiasticis Collecta. PETR. ZORNIUS in Delineatione Theologiae Patristicae Secundum Ordinem Locorum Theologicorum Adornata. Plura scire avens, consulat Opera Virorum Doctorum laudata JOANN. CHRISTOPH. KOECHERO in Conspectu Theologiae Universae. Cap. 6 § 13 369. Adde praeter Historiae Ecclesiasticae Novae*

PROLEGOMENA.

41

Testamenti Editores , Eruditos , qui Historiam Literariam Scriptorum Ecclesiasticorum composuere.

§ XXXVII. Disciplina illa , qua opiniones Doctorum Ecclesiae (qui a Saeculo undecimo ad tempora Reformationis floruerent , atque vulgo nomine Scholasticorum insigniuntur) circa fidei capita commemorantur ; atque de ratione , qua illi in veritatibus divinis tradendis usi sunt , differitur , Theologia Scholastica vocatur. De hoc Theologiae genere consulendi Auctores , quos in Annotationibus pag. 4 seq. in medium adduxi.

|||||

C A-

C A P U T I.

De THEOLOGIA, ejusque Primo Principio,
R A T I O N E.

Universa haec Doctrina Christianae Religionis per Aphorismos summatim descripta continet

I. Prolegomena Cap. I. et II.

II. Corpus ipsum hujus Doctrinae Cap. III—XXV.

I. Prolegomena declarant.

A. Definitionem hujus Doctrinae.

B. Principia, ex quibus solidâ ejusdem intelligentia hauritur.

A. Definitio traditur.

N. Generalis

a. Vocabulorum: Θεολογία, et Theologice.

a. Realis.

b. Etymologica (2).

β Θεολόγια. (3). Observaturque

a. Utramque vocem esse petitam e Scholis Graecorum.

b. Supponere magni momenti veritates (4).

c. Utraqua recte uti Christianos (5).

■ Specialis, uti ex strictiore usu, et sensu vocis.

a. Theologiam sanam, et veram separat ab omni falsa, et erronea de Deo, et Divinis rebus, oratione.

a. Datur autem illa.

a. Tum Artificialis. (6).

b. Tum Scripturaria. (7).

b. Ex-

APHORISMORUM. 43

b. Explicatur eadem.

a. Quoad genus

- Doctrinam, quando traditur Systematice (8).
- Scientiam &c., quando refertur ad subjecta, quibus illa inest. Hac ratione distinguitur
 - In Archetypam, referendo ad Deum.
 - In Etypam, referendo ad Creaturas. Et haec iterum dispescitur in Theologiam Unionis.

II Visionis. Et

III Revelationis (9).

b. Quoad differentiam specificam, Quae sifit

- Praestantissimum objectum hujus doctrinae.
- Utilitatem et necessitatem ejusdem (10).

Quae eliciuntur

- Ex iis, quae de Deo hic contemplanda nobis objiciuntur.

-- Ex relationum Dei ad nos Consequentias. Inter haec autem cum sit

| Cultus Dei, Theologiae finis proximus.

(12) patet Theologiam esse distinguendam.

, In Theoreticam, et

,, In Practicam (13).

II Et a Cultu Dei pendeat Consolatio, et

Salus, finis et hic cernitur Theologiae ultimus (14).

¶ Ex dictis de Theologia sana, et vera excitatur idea veri Theologi (15).

||||| 2

B. Prin.

- B. Principia *ex quibus solida Theologica hauritur intelligentia, sunt*
- n. Ratio.
 - d. Revelatio (16):
 - n. Ratio, *ut primum certum Theologiae principium, docet*
 - a. Existere Deum. *Argumenta vero tantae veritatis*
 - a *Petit ex prudenti consideratione Operum Dei,*
 - a. *Sive illa contemplemur in nobis ipsis (17).*
 - Attendendo*
 - . Ad Mensem (18). *Hujusque*
 - *Naturam, et Causam (19).*
 - *Conscientiam, quae est in mente, atque involvit ideam Dei, ab ipso Deo auctore cum ipsa conscientia oriundam (20, 21, 22).*
 - .. *Ad Corpus, hujusque admirabilem structuram.*
 - ... *Ad Corporis cum mente Conjunctionem (18 -23).*
 - b. *Sive in Mundo Universo, considerando res in mundo.*
 - . *Ut existentes.*
 - .. *Ut motas.*
 - ... *Ut ordine motas (23).*
 - b. *Ex argumentis propositis eliciuntur consecratio.*
 - a *Eum, qui Deum agnoscit, Causam, et Finem omnium rerum sapere (24).*
 - b. *Vix credi posse, post ortam Euangelii Lucem dari Atheos Speculativos (25).*

c. Da-

A PHORISMORUM. 45

- c. Dari naturalem Dei cognitionem, omnis alius cognitionis fundamentum (26).
- ø. Deum, qui existit, esse colendum (27). Quo posito.
- a. Datur descriptio Cultus Dei, sive Religionis, cum addita ejus explicatione Scripturaria. (28, 29). Quae cum absolvatur variis actibus mentis, et corporis erga Deum exercitis (30). De his
 - a. Observatur, esse illos
 - . Varii generis, et ordinis.
 - .. Non incommode tamen illos ad tres veluti classes referri, de quibus agitur (31, 32).
 - b. Fundamentum illorum actuum situm esse in variis Relationibus, quae inter Deum, et Creaturam intelligentem intercedunt (33). A quibus
 - . Etsi non excludantur
 - Consideratio summae in Deo Excelletiae (34).
 - Nec obsequii Deo debiti (35).
 - .. Tamen maxime Religionem fundari in Bonitate Dei Relativa, qua est Summum creaturae intelligentis Bonum, ostenditur (36, 37).
 - c. Notam verae religionis esse Dei praescriptum, quod omnes mortales habent in Scientia, et Ratione (38, 39). Illud autem praescriptum cum turbaverit corruptio per peccatum (40) observandum est.

††††† 3

. In

. In hoc rerum statu, solam Rationem, non posse homini monstrare viam felicitatis aeternae. Id quod

- Demonstratur

/ Ex turbato per peccatum primo rerum ordine (41).

// Ex eo, quod Voluntas, et Modus servandi hominem miserum, divini sint arbitrii: quod, quale sit, sola Ratio docere nequit (42). Quo probato

, Contra Pelagianizantes

* Ex Scripturae dictis (43).

** Et Gentilium statu (44, 45).

,, Docetur, quo sensu concedi posset, Religionem hominis corrupti praeципue prodire a motu (46).

-- Rationis tamen Cultum, et Rationalem Theologiam, maxima, ubi Euangelium vigeat, sua utilitate non carere, tenetur (47).

. Hypothetice itaque esse necessariam Revelationem de via salutis Praeternaturali (48). Qualem existare probabile est.

- Ex rationibus viarum Dei, quas tenet cum mundo corrupto (49).

-- Ex Gentium omnium hac de re υποληφεσ. (50).

CAPUT II.

De SCRIPTURA SANCTA, Altero Theologiae
Principio.

- a.** Uno, et altero, circa Principium Revelationis Praeternaturalis praemisso, observato (1, 2). de eo tradandi traditur methodus (3). Fuxta quam
- a.** Historice quaedam praecognoscenda tanguntur
- a.** Circa libros, in quibus haec Revelatio continetur.
- a.** Generatim divisos, in libros Veteris, et Novi Testamenti (4).
 - b.** Speciatim cognoscendos.
- a.** Illos quidam
 - Ex ipsorum numero vario modo supputato.
 - Ex eorundem varia divisione (5).
 - .. Hos iterum.
 - Ex ipsorum numero.
 - Ex eorundem divisione (6).
 - b.** Circa Revelationem his libris comprehensam
- a.** Non simul, et semel totam traditam.
 - b.** Ordinario factam Viris Sanctis.
 - c.** Modo non uno (7).
 - d.** Cum persuasione plena factae divinae ipsae revelationis (8).
- c.** Circa nomina, quibus haec Revelatio indigatur,
- a.** Scripturaria, maxime respicientia ad imperatam horum librorum conscriptionem (9).
 - b.** Ec-

- b. Ecclesiastica, cum respectu ad eorum collectionem in Canonem. Unde libri hi dicti sunt
- . Canonici. Veteribus etiam Προτεροκανονικοί Quorum (10).
 - Respectu Vet. Testamenti exhibetur collectio in canonem.
 - Eademque respectu librorum Novi Testamenti (11). quorum quidam olim in dubium sunt vocati (12).
 - .. Δευτεροκανονικοί. Qui et a Veteribus
 - Appellati sunt Ecclesiastici.
 - Nobis post Hieronymum vulgo Apocryphi (13).
- / Non eo sensu, quo Apocryphum sumebant ante tempora Hieronymi:
- // Sed quo usū valet: Id quod Canonicum non est (14, 15).
- b. Attributa exhibentur Revelationis, qua talis, et qua Scriptae.
- a. Inter varia Revelationis, qua talis, Attributa, ut principale comparet
- a. Revelationis Divinitas, sive Divina Origo, ut
- . Moraliter demonstrabilis, nempe
 - Quoad solos libros Canonicos (17) per quatuor potissimum argumentorum classes (18): quarum
- / Prima petitur ex historiae in ea veritatis criteriis indubitatis.

In

A PHORISMORUM. 49

, In genere.

,, Ex iisdem in specie conspicuis.

* In apparitione Dei in Sinai.

** In Resurrectione Christi ex mortuis
(19).

II Secunda, ex Materia ejusdem (20).

Sive considerentur

, Praecepta faciendorum (21). Sive

,, Dogmata credendorum (22). Sive de-
nique

,, Prophetiae eventurorum (23).

III Tertia; ex adjunctis huic Revelationi

, Miraculis (24). Quae

* Vere, et proprie dicta Revelationi
juncta

** Illius originem divinam, et dubitatem
indubitate demonstrant (25, 26).

,, Harmonia accurata (27).

IV Quarta, ex Effectis, quae edit exper-
ientia teste.

, Tum in hominibus singulis.

,, Tum in Mundo Universo (28, 29).

- Exclusis libris Ecclesiasticis, sive Apocry-
phis. Id quod

/ Demonstratur,

II Concessa tamen nonnullorum Utilitate
(30).

In se sufficientem esse hanc moralem divi-
nitatis Scripturae demonstrationem asseritur
(31). Idque



- Te-

- *Tenetur contra Pontificios. Quorum:*
 - I Sententia contraria proponitur (32).*
 - II Solide refutatur (33).*
- *Declaratur porro.*
 - I Quae sint circa hanc demonstrationem Ecclesiae partes (34, 35).*
 - II Ad tollendam e subjecto, cui fit haec demonstratio, omnem incredulitatem, et pertinaciam Spiritus S. illuminationem, sive ejusdem Testimonium (35).*
- b. *Secundum Attributum Revelationis, quia talis, est ejusdem, ut divinae receptae a nobis, Auctoritas (36).*
- c. *Tertium, sive, si consideretur Auctoritas, ut primi attributi consequens, Alterum est ejus Perfectio, cuius*
 - . Natura describitur.*
 - .. Eam Revelationi competere demonstratur (37).*
- d. *Quartum, Perfectioni conjunctum, est Perspicuitas. Quam*
 - . Omni Verbo Dei competere Objective declaratur, et demonstratur (38).*
 - .. Praesertim tamen in capitibus religionis fundamentalibus (39). Siquidem*
 - *Haec etiam, absque Interprete, homines Simplices ex Verbo Dei cum fructu capiant (40).*
 - *Non item Propheticum, et Mysticum Scripturae sensum (41). Qui etiam*

¶ Vice

A PHORISMORUM. 51

I Vix aliis, quam Dei vere reverentibus,
patet.

II Dum in Prophetiis, et Mysticō sensu
Improbi offendunt (42).

b. Pergitur ad Revelationem, qua scriptam, e-
jusque, qua scriptae Integritatem (43). Ubi

a. Notata ipsa Conscriptio Revelationis ad
voluntatem Dei facta a Prophetis, et A-
postolis, observatur.

• Illam scriptio[n]em evasisse hypothetice ne-
cessariam (44).

• Per illam excludi Pontificiae sectae Tra-
ditiones Ecclesiae Catholicae (45). Ut ut
enim

- Omne genus traditionum non est impro-
bandum.

-- Tamen traditiones non scriptas, praeser-
tim recentiores, fidei facere fundamentum
a ratione abhorret (46).

b. Conscriptae Revelationi sua asseritur serva-
ta Integritas, tam quod ad partes ejus ma-
iores, quam quod ad minores (47). Quas

• Voluntaria tanta non invasit corruptio, ut
- Vel ullus liber in canonem olim relatus
hodie ex illo desideretur.

-- Vel respectu librorum Vet. Test. Hebrae-
ae editionis illi data opera a Judaeis.

-- Vel denique respectu librorum Novi Test.
hi a Christianis haereticis cum fructu fu-
erint corrupti (48).

††††††† 2

.. Aut

.. Aut involuntaria per Amanuenses tanta,
ut fidei turbet rationes. Siquidem
- Errorres nulli sint admodum notabiles.

-- Leviores autem restituere possint Varian-
tes Lectiones (49). Quibus

/ Ex AUCTORIS mente recensitis,
, Quod ad Vet. Testamenti,
,, Quod ad Novi Testamenti libros sa-
cros (50).

II Docet, quibus illae usui esse possunt.
Et

III Praestantiam Codicis Hebraei Maso-
rethici punctis instructi p[re] lectione
Codicis Graeci, aut Samaritani com-
mendat (51).

γ. Ab Attributis Revelationis pergitur ad Conse-
quentia ejus Relativa, quae recensentur (52).

a. Lectio. De qua observatur

a. Legendum esse.

. Totam.

.. Nec Vetus Testamentum a Novo esse di-
vellendum (53).

b. In Novi Foederis Ecclesia esse legendam ab
omnibus. Unde elicetur

. Necessitas vertendi Scripturam in linguis
vernaculas (54). Qua occasione

- Differitur

/ De Versione τῶν ὁ.

// De Vulgata Latina.

-- Utram.

- *Utramque tamen nimia veneratione prosequi Pontificiae Sectae Homines notatur* (54).
- *Salvo tamen semper cuiusque versionis modesto ad textum authenticum originalem examine* (55).
- b. *Intelligentia, sive Sensus S. Scripturae* (57).
 - Ubi*
 - a. *Describitur, quid dicatur Sensus Scripturae* (58). *Est autem ille*
 - *Literalis. Et quidem*
 - *Tantum Unicus* (59).
 - *Valde saepe foecundus* (60).
 - *Mysticus, saepe sub litera latens. Cujus*
 - *Notatur vetus distinctio.*
 - *Fontes eum cognoscendi exhibentur* (61).
 - b. *Quo modo eruitur, explanatur. Ubi*
 - . *Indicantur personae, quibus ad id jus est* (62).
 - . *Principium in nobis; Mens nostra;*
 - *Quod interpretatur Scripturam.*
 - *Idemque de interpretatione judicat* (63).
 - *Principium in nobis, quod interpretatur Scripturam, et de interpretatione judicat, est Mens nostra. Quae id agit*
 - / *Attendendo ad ea, quae exhibentur* (64).
 - , *In rebus captum nostrum non superantibus.*

, In rebus itidem illum superantibus
(65). Hoc

* Firmissime probatur contra Socinianos (66, 67).

** Ita tamen, ut et contra Pontificios teneatur, ejusmodi Sensum Scripturae non esse recipiendum, quo manifestae rerum, et veritatis ideae destruuntur (68).

II Ad auxilium efficax Spiritus S., ut, prout decet, vere ex textu eruatur.

Quod proin

, Serio implorandum est (69).

, Mediis tamen a parte nostra neutram neglectis (70).

III Ad Consequentias; Quas ex sensu jam cognito deductas, observatur

, Ejusdem esse certitudinis, cuius sententiae, quae nobis per Sensum Scripturae primo innotescunt:

, Probatur contra WALENBURGIOS FRATRES (71).

-- Eadem Mens recte judicat de Controversiis Theologicis (72). Etenim

1 Sublesum esse hujus judicii, sub OEconomia Novi Foederis, fundamentum: Judicem Controversiarum Externum, Visibilem, Infallibilem.

, Probatur (73, 74).

, Nec

APHORISMORUM. 55

- ,, Nec adeo talem esse posse Papam Romanum ex illa probatione concluditur, et vindicatur (75).
¶ Ultimum judicium de Dogmatibus Fidei in cujusque Credentium Conscientiam resolvitur (76).
,, Id quod contra objectionem defenditur.
,, Simulque vera Synodorum utilitas ostenditur (77, 78).

C A P U T III.

De DEO, ejusque Natura, Attributis, et Virtutibus.

¶ II. Corpus ipsum *Theologiae*, tradit

A. *De Deo*, ut Objecto *Theologiae nostrae*.

a. Tum in Abstracto considerato.

b. Tum in Concreto.

b. In Abstracto de Deo Cap. III acturus AUCTOR.

a. Quaedam in genere praemittit

a. *De Deo*, ut Objecto *Theologiae nostrae*, considerando

a. Deum, ut Ens Spirituale &c (1).

b. Ut qui homini misero se revelavit, ut coli vult in Christo Iesu &c (2). *Quod probatur Per Revelationis de Deo, ut Objecto Theologiae nostrae, doctrinam generalem* (3,4,5).

Sic

.. Sic ut haec Rationis defectum supplere liquido sentiatur (6).

b. De eo, quod de se revelat Deus in Scriptura, una voce appellato: Nomen Jehovae. Quid hoc indicet

a. In genere proponitur, et confirmatur (7).

b. In specie declaratur ad id pertinere.

. Tam Naturam, et Opera &c Dei.

.. Quam Denominationes, quibus in Scripturis appellatus est (8). De his autem notatur.

- Ex quo fonte veniant explicandae.

-- Quis de his dicendi verus esset locus.

--- Quare tamen de illis in institutionibus Scholae primo dici soleat loco (9).

β. His praemissis ad ipsam de Deo tractationem in specie acceditur, incipiendo

a. A Nominibus, quae Deo in Libris Sacris tribuuntur. Haec postquam proposuerat (10) duplices esse generis.

a. Orditur cum nomine Dei propriounico יהוה, sub quo ab Abrahamidis, ut ab idolis gentium distinguatur compellari, ac coli voluit. De quo observatur

. Illud Moysi omnium primo esse revelatum (11).

.. Interpretandum esse per FUTURUS EST (12).

... Vim ejusdem

- Declarat.

-- Inde elicit, nullum praeter Deum Isra-

elis

A PHORISMORUM. 57

ēlis illo vere, et proprie compellari posse
(13).

.... Tradit de ejus ignorata vera pronunciatio-
ne, punctatura peregrina, et probabili an-
tiqua ejusdem enunciatione (14).

b. Sequuntur Nomina, quae in genere referun-
tur ad Naturam, et Perfectiones Dei, il-
lustratas in Opere Gratiae. Ex his propo-
nuntur

. Nomina

- אֱלֹהִים, et

-- יְהוָה (15).

.. Tituli

- אַרְבָּנִי, et

-- אֱלֹהִים. De quibus notatur

/ In genere

, Esse indole sua communia.

,, Sed per accidens nomina propria, qui-
bus Veteres expresserunt

* Τὸς Θεος. In aliis linguis


** Θεός, Κύρος, Deus, Godt (16).

// In specie de nomine אֱלֹהִים,

, Esse illud derivandum vel ab אֱלֹהִים; usus
obsoleti, vel ab Arabum אֱלֹהִים.

,, Pluralem ejus formam forte mysterio
non carere (17).

,, Originem utique ejus non videri repe-
tendam ab Hebraeorum אֱלֹהִים, quatenus
valet Execrari, vel cum Execrationi-
bus aliquam adjurare (18).



b. Per-

b. Pergitur a Nominibus Dei ad caetera, quae
sub Nomine Dei comprehenduntur, proposita
(19). Hinc

a. De Natura Dei agitur. Ubi

. Tenetur: Deum esse Spiritum. Cujus
- Natura describitur.

-- Eam Deo competere probatur (20).

. Naturam Dei excludere omnem qualem-
cunque extensionem; sive haec consideretur
- Ut pars Dei; sive

-- Ut attributum Dei. Unum, et alterum
demonstrandum sumitur.

/ Contra Anthropomorphitas.

// Contra VORSTIUM.

/// Contra impios horum temporum Philoso-
phos (21).

... Deum, utpote Spiritum, merito dici vive-
re, proponitur, et confirmatur (22).

.... Dei Naturam esse perfectissimam. Ubi
- Describitur Summa Naturae Divinae
Perfectio (23).

-- Secundum eam Deum in Scholis Infini-
tum dici observatur, et confirmatur (24, 25).

b. Pergitur ad infinitae divinae naturae Per-
fectiones. Quarum

. Nomina quaedam scripturaria proponuntur
- In genere (26).

-- In specie, respectum habentia in execu-
tione Consilii Gratiae (27).

.. Distinctio earundem

- In Perfectiones Essentiae Divinae, imperfectionibus nostris oppositas. Alias primi generis, et Incommunicabiles (28). Hae sunt
 - / Primitas, sive Aseitas Dei. Quae eadem Independentia, sive Omnisufficientia Dei dicitur. Cujus
 - , Natura describitur.
 - ,, Deo illam competere ostenditur (29,30).
 - // AEternitas. Qua
 - , Descripta, ac demonstrata (31). Inde
 - ,, Elicitur contra Socinianos, Dei durationem non posse mensurari per momenta (32).
 - /// Immutabilitas Essentiae. Qua descripta, ac demonstrata (33). Ab ea
 - //// Simplicitatem divinae naturae vix differre, ubi notatum est, haec
 - , Describitur, et Deo soli eam competere
 - ,, Demonstratur (34). Atque inde
 - * Elicitur: Perfectiones Dei ab Essentia Divina realiter non esse distinctas (35).
 - ** Licet propterea non negetur; Attributa, quae naturam Dei constituant, et Denominationes ipsi ab operibus tributas, diversi esse generis (36).
 - In Perfectiones Vitae Dei strictius sic dictas, quarum analogia est in creaturis ra-

tionalibus, praesertim integris, et regen-
nitis (37). De his

I. Praemittitur,

, Reduci illas, vel.

* Ad intellectum, et voluntatem Dei
seorsim consideratas; vel

** Coniunctim ad Totam Dei Vitam
(38).

, Utriusque generis. Perfectiones dispe-
sci

* In Necessarias, sive Absolutas.

** In Arbitrarias, sive Relativas (39).

II. Acceditur ad tractationem Perfectio-
num Vitae Dei, prouti

, Seorsim referuntur

* Ad Intellectum Dei. Quo

+ Deum praeditum esse perfectissimo
notatur, atque demonstratur (40-
42).

† Virtutes, sive Attributa ejusdem
dispescuntur

§ In absolutas, sive necessarias (43).

Hae sunt.

○ Scientia Dei Naturalis. Cujus
sistitur

A. Objectum.

B. Modus.

C. Conceptus ejus in Deo ante
ullum Decreti actum (44).

○○ Intelligentia. Cujus notatur

A. Ob-

A PHORISMORUM. 61

A. Objectum.

B. Vis. (45).

oo Sapientia, eodem modo proposita (46).

§§ In Relativas.

o Scientia Visionis, et Libera. Cujus.

A. Objectum.

B. Modus percipiendi.

C. Conceptus post Decreti Actum notantur (47). Illam porro scientiam Deo competere

i. Probatur (47, 48).

ii. Esse Omniscentiam ostenditur (49). A qua

A. Praescientia futurorum contingentium non est excipienda (50).

B. Quae non est fundata in Scientia quadam Media, descripta (51): sed in Decretis Divinis (51).

oo Sapientia, de qua (52).

* Ad Dei Voluntatem. Quam

† In genere descriptam (53, 54). Deo competere demonstratur (55).

† Una cum Libertate per omnem Voluntatis actum regnante (56). Cujuss

||||| 3

§ No-

§ Notatur distinctio.

- In libertatem Spontaneitatis.
- Indifferentiae (57).

§§ Ex illa profluens triplex genus actuum Divinae Voluntatis, pro ratione objectorum, circa quae versantur (58). Quorum

- Primus Actus Divinae Voluntatis Naturalis

A. Accurate describitur, prouti

- I. Deum ipsum (59).

II. Res extra Deum ipsi observantes pro objecto habet (60).

B. Illum proprie sub nomine Voluntatis in Scriptura non proponi, sed sub notione Affetus, sive Charitatis, sive Zeli.

I. Observatur, ac confirmatur (61).

II. Pressius declaratur (62).

- Actus Divinae Voluntatis hypothetice necessarios, vel arbitrarios

A. Postquam enumeraverat. Et inde

B. Vulgarem distinctionem Voluntatis Dei in Revelatam,

A PHORISMORUM. 63

et Occultam &c elicuerat
(63).

C. Illos nomine Voluntatis Di-
vinae venire observat AU-
CTOR (64). Hoc autem

I. Ratione Voluntatis Prae-
cepti ostendit (65). Quam

A. Declarat

a. Stricte quidem sumi
de praeceptis facien-
dorum:

b. Sed latiore sensu hic
accipi de omni actu
Providentiae Dei Mo-
ralis (66). Quod

a. Exponit.

b. Confirmat (67).

B. Illam vulgo ad Actus
Divinae Voluntatis Ar-
bitrarios referri insinu-
at. Quod

a. Quo sensu verum sit
in lege morali, exponit:

b. Alias leges plane esse
placiti observat (68).

II. Ratione Voluntatis Decer-
nendi, et Decreta Exe-
quendi idem demonstrat,
atque

a. Hos

A. *Hos actus diversi generis esse notat.*

B. *Licet hi illis subordinantur (69).*

¶¶¶ *Omne autem hoc velle Dei cum sit perfectissimum (70). Occasio oritur tractandi de Perfectionibus Divinae Voluntatis. Hae proponuntur notionibus*

§ Virtutum.

¶¶ *Affectum laudabilem. Et*

¶¶¶ *Attributorum Divinae Voluntatis sic stricte dictorum § 71.*

§ De Virtutibus, et

¶¶ *Affectibus Divinae Voluntatis*

○ In genere observatur, Scripturam de iis loqui cum respectu ad Opera Dei, praesertim Consilium Gratiae, ejusque Exequitionem.

○○ In specie

A. De Virtutibus notatur,

A. Virtus communis Divinae Voluntatis: Bonitas Moralis, ex qua caeterae omnes, veluti ex trunko ram enascuntur (73).

B. Hae sunt


n. Sanctitas. Quae

a. De-

A PHORISMORUM.

65

- a. Describitur, et Scripturae vocabulis in natura sua, qualis est, illustratur (74).
- b. Plenius declaratur.
 - a. Quid natura sua, quoad Deum,
 - a. Excludat.
 - b. Involvat. Divina Sanctitas (75).
 - b. Quid sit in hominis voluntate Sanctitas (76).
- c. Veracitas, de qua agitur (77).
- d. Justitia. Quae
 - a. Deo peculiariter, cum respectu ad Voluntatem praecipientem, describitur (78).
 - b. Unde describitur, ut Justitia Legislatoria, et Legis Executoria (79).
 - a. Ad illam, quae pertinent
 - a. Respectu legis praescribenda
 - 1. Proponitur (80).



2. II-

2. Illustratur (81).

b. Respectu sanctio-
nis ejusdem

1. Proponitur (82).

2. Illustratur.

‡ Generatim
(83).

Speciatim, cum
respectu ad
praemia, quae
Cultoribus su-
is, supra eo-
rum merita,
statuit. Quod

¶ Cum potius
sit Liberali-
tatis, quam
Justitiae,

¶ Facit, ut
hoc ipso no-
mine Boni-
tas Deo ad-
scribitur
(84).

b. Ad hanc, sive Le-
gis Executoriam Ju-
stitiam, quae per-
tineant.

a. Generatim propo-
nitur (85).

b. Spe-

A PHORISMORUM. 67

b. Speciatim decla-
ratur,

1. Illam *Justitiae*
partem, qua
Deus promisso-
rum fidem libe-
rat, vocari Fi-
dem, et Con-
stantiam Dei.

2. Illam vero, qua
peccatum vin-
dicat, peculia-
riter dici Justi-
tiam (86). Hoc
autem

* Probatur(87).

** Contra objec-
tiones defen-
ditur (88,89).

¶ Qua occasione
¶ Aliud quae-
situm de Sa-
tisfactionis
Christi ne-
cessitate, an
hypothetica?
an absoluta?
modeste pro-
ponitur(90).

†††††††† 2

¶¶ Au-

**¶ Auctoris de
co sententia
dicitur, et
vindicatur
(91-93).**

**B. Pergitur ad Affectus divinae
voluntatis laudabiles, quos
Scriptura Deo adscribit (94).**

De quibus

- i. Observatur, eos Deo in
sensu proprio non tribui.**
- ii. Sed in sensu improprio
πρεπόντως esse illos exponendos
(95-97). Unde tunc**

**A. Generatim declaratur,
quid in Deo Affectus sig-
nificare videantur (98).**

B. Speciatim explanatur

**N. Affectus in Deo nota-
re: Naturalis volun-
tatis divinae Affecti-
ones laudabiles, ab om-
ni commotione sejun-
etas. Id quod**

ω. Demonstratur (99).

**β. Plenius elucidatur
(100).**

**δ. Effectus, analogos o-
perationibus, quas ho-**

A PHORISMORUM. 69

mines ex affectu edunt
(101). Id quod
a. Elucidatur exemplis in genere affectuum Amoris Dei,
Odii, et Irae, sive spectentur in Decreto, sive in illius executione (102).

- b. In specie,
- a. Ex Amore Dei erga homines, tum
 - a. In aeterno Decreto, tum
 - b. In electos in tempore credentes (103, 104). Quorum
 1. Ille: Amor Beneficentiae.
 2. Hic: Beneficentiae dicitur.
 - b. Ex affinibus affectibus, qui veluti species sunt divini amoris (105).
 - a. Misericordia.
 - b. Gratia.

c. *Tolerantia, et Longanimitate* (106).

c. *Ex reliquis affectibus, ex quibus pro exemplo declaratur Affectus in Deo Poenitentiae* (107).

§§§ *A Virtutibus, et Affectibus divinae voluntatis transitur* (108) ad Attributa Naturalia divinae voluntatis stricte sic dicta; quorum Unum ad Voluntatem Decernentem, alterum ad Decreti Exequitoriam pertinet.

○ *Illud dicitur Independentia, quae describitur* (109).

○○ *Hoc Potentia. Quae in ῥχεσι, quo nobis obversatur.*

A. Distinguitur in Absolutam, et Ordinatam (110).

B. Et vera est: Omnipotentia (111).

,, *Acceditur denique ad Attributa Totius Vitae Dei, quae non seorsim, sive ad Intellectum, sive ad Voluntatem Dei referuntur. Haec recensentur, et diffiscuntur* (112).

* *In Attributa Naturalia, et*

** Re-

A PHORISMORUM. 71

** Relativa.

* Attributa Totius Vitae Dei, in uno complexu nobis obversantibus, Naturalia sunt.

† Beatitudo, de qua dicitur (113).

†† Potestas. Quae

§ Describitur (114).

§§ Fundamentum ejus notatur Dei
Primitas, sive Principeitas (115).

** Relativa sunt

† Dominium Dei. Quod

§ Descriptum, Deo competere ostenditur (116).

§§ Fundamentum ejus indicatur (117).

†† Auctoritas, Dominii Dei, aliarumque in Deo perfectionum consequens, describitur (118).

††† Regnum, in quo Deus Dominium exercet, de quo (119). Cujus

†††† Consequens exponitur Majestas (120).
Fundamentum

††††† Adorationis illius, quae describitur (121).

†††††† Gloria, cuius vocis varii usus indicantur (122).

††††††† Omnipraesentia, quam Regnum Dei supponit, denique

§ Explicatur, et demonstratur (123).

§§ Vindicatur a quorundam παρεργυνεῖσι.

§§§ Distinguuntur

○ In

○ In Ordinariam.

○○ In Extraordinariam (124).


C A P U T I V.

DE MYSTERIO UNIUS DEI, PATRIS, FILII, ET SPIRITUS S.

- B. Dictum fuerat hactenus de Deo, Objecto Theologiae in Abstracto. De eodem nunc dicendum est
- 2. In Concreto, cum applicatione Deitatis ad personas, quae eam participant Cap. IV. Hic autem
 - a. Praemittuntur generalia quaedam praecognoscenda. Quae spectant
 - a. Polytheistas. *Contra quos*
 - a. Ponitur, Deum esse Unum.
 - b. Probatur ex principiis Theologiae nostrae (1).
 - b. Anti-trinitarios quosvis. *Contra quos*
 - a In genere observatur, Revelationem hoc nobis tradere fidei nostrae mysterium: In Uno illo Deo esse quandam pluralitatem, et quidem Trinitatem (2). Eamque
 - . Non esse Relationum tantum, aut Modorum subsistendi, aut operandi essentialium.
 - .. Sed Personarum, sive ὅποδεσμον vere distinctarum (3).
 - Sine qua hypothesi, quoad rem clarissime revelata, cum

-Do-

- *Doctrina Revelationis rite explicari nequeat* (4).
- *Supra id, quod scriptum est, non erit sapientum; ne incidamus, vel*
/ In Sabellianismum; vel
II In Tritheismum (5).
- b. *In specie proponitur*
- . *Fides Ecclesiae de hoc doctrinae Christianae mysterio* (6). *Quae explicatur distinctius,*
- Quantum ad Nomina, quae hic adhibentur,
/ Ad personalitatem trium indicandam.
Suntque Ecclesiastica
, Proposita, et in sensu suo definita (7).
,, Vindicata, quoad suum usum (8, 9, 10).
II Ad essentiae Unitatem (11).
- *Quantum ad rem ipsam, variis in thesibus comprehensam. Quarum occurrit, et exponitur*
/ Prima (12).
II Secunda (13).
III Tertia (14).
IV Quarta (15).
- .. *Opposita illi varia Anti-trinitariorum doctrina, ab hac clare revelata, etiam in scriptis Vet. Test. distincta. Cujus oppositionis - Causa ex mente AUCTORIS exhibetur* (16).
- *De oppositis doctrinis notatur.*
/ Qua in re fere convenient; quave in re a se invicem discrepent (17). *Unde*
II Speciatim agitur



, De

, De haereticis, qui negant personalitatem trium, ac expositionem denominacionum Patris, Filii, et Spiritus S. ad ipsam Dei essentiam restringunt. Quales
 * Antiqui recensentur varii (18).

** Alii sive antiqui, sive recentiores his accensendi indicantur (19).

, De haereticis, qui tantum nomen Patris ad essentiam divinitatis referunt, licet in exponendis Nominibus, et Naturis Filii, et Spiritus S. diversa sentiant (20). Tales

* Negant veram Deitatem Filii. Sive
 † Nomine, et Naturam Filii exponant,
 ut Ariani varii generis, aut antiqui, aut recentiores (21). Sive

†† De nomine, et Natura Filii sentiant, ut Theodorus Coriarius, aliquique, sive veteres, sive recentiores (22).

** Veram Deitatem Spiritus S., sive de eo
 † Sentiant, ut Macedoniani, et Ariani;
 †† Sive, ut BIDELLUS, SANDIUS,
 aut SOCINUS (23).

3. His praemissis subjungitur nunc

a. Demonstratio nostrae doctrinae: in divina Es-
 sentia subsistere tres vere divinas distinctas hy-
 postases coessentiales (24). Quae quidem
 prudenter instituenda (25).

a. Methodo Synthetica perpendenda proponit

A PHORISMORUM. 75

- Loca, quae ultro cogitationem pluralitatis ~~υποσάσεων~~
Divinae Essentiae injicient (26). Quorum
- Classis prima sicut ex titulis, et insignibus numeri pluralis, Deo Uni in Scriptura Vet. Test. passim tributis; quin et ex titulo **אליהו** de Uno Deo usurpato, et tamen cum verbo plurali constructo (27).
 - Secunda, ex locis aliis clarissimis, plures personas in Una Deitate ponentibus (28).
 - Tertia, ex descriptione Angelii Iehovae, qui ut Divina persona, a Iehova distincta, et tamen ipsa Iehova, Deus &c proponitur.
 - / Generatim (29). Et
 - // Speciatim (30).
 - Quarta, ex locis, quae Paclum inter personas vere divinas, et inde profuentes Effectus Justificationis, et Sanctificationis hominis peccatoris commemorant (31).
 - .. Loca, quae tres in Una Deitatae personas, vere divinas, et a se invicem distinctas exhibent (32).
 - Ex Nov. Test. Scriptis selectiora (33).
 - Ex Vet. Test. Scriptis iidem notabiliora (34).
- b. Methodo porro Analytica speciatim ostenditur
- . Scripturam passim: ubi agit de summo Cultus religiosi objecto, veram Divinitatem cum suis characteribus tribuere non Uni Personae, sed Tribus, ubi de illis, Patre nempe, Filio, et Spiritus S. seorsim loquitur (35). Thesis haec
 - Illustratur
 - / Ex doctrina Scripturae: De Deo Patre (36).
 - // De Deo Filio (37).
 - /// De Deo Spiritu Sancto (38).
 - Ex eadem deducitur,

1 Proximum ejus, et necessarium esse Consequens,
Veram Divinitatem tribus personis esse communem
(39). Id quod
, Legitimum esse urgetur.

2, Contra tacitam objectionem vindicatur (40).

// Συνάρτησις, et ἀπολαθία dogmatum religionis,
veram Divinitatem, et Personalitatem, tum Filii,
tum Spiritus S. Quod
, Proponitur (41).

, Pressius urgetur (42).

, His praemissis ad specialem acceditur demonstrationem
verae Divinitatis, tum Filii, tum Spiritus Sancti.
Ad quam probandum

- Argumentum generale producitur (43). Quod
/ Speciatim pro Filii Vera Deitate ducitur, ostendendo,
Fili eodem modo, ut Patri attribui in Scri-
pturis.

, Nomina (44).

,, Perfectiones sive Attributa (45).

,, Opera verae Divinitatis (46). Et denique
,, Horum Consequens, Honorem, et Cultum religio-
sum Deo soli debitum (47).

// Itidemque pro Spiritus S. vera Personalitate, et
Divinitate. Ad quod rite praestandum
, Praemittitur, notionem Spiritus S. aliquando pro-
prie, aliquando improprie accipi (48).

,, Proprie quando capitur, demonstratur

* Spiritus Sancti denominatione designari veram
personam (49).

† Ex Nominibus, Attributis, Virtutibus, et
Operationibus personalibus illi tributis.

†† Ex coniunctione ejus, ut Personae cum aliis per-
sonis, quodque alterius rei specie appareat.

Ex

††† Ex

- ††† Ex pronominibus relativis personalibus, quibus designatur (50).
- ** Personam vere divinam (51). Utri liquet
† Ex Nominibus vere Divinis (53).
- †† Ex Perfectionibus (54).
- ††† Ex Operibus Deitatis ei tributis, tum
§ In natura.
- §§ In gratia (55).
- ††† Ex honore, et cultus divino Illi debito (56).
Quo referri potest speciale argumentum, quod
Blasphemia in Spiritum S. sit peccatum omnium gravissimum (57).
- Ex argumento hactenus deducto concluditur. In
Deo esse tres, Patrem, Filium et Spiritum S. (58).
- ... Illustratur porro, hactenus disputata
- Non tam ex rerum natura, philosophia, et priscorum Philosophorum monumentis,
- Quam quidem ex Scripturarie dictis variis, absque
bac admissa hypothesi sine ταυτοκοιᾳ vix explican-
dis (59).
- b. Pergitur ad speciationem expositionem, et demonstrationem
tum distinctionis personalis, quae est inter hos tres, tum
Unitatis essentiae, quam hi tres participant. Et qui-
dem
- a. Distinctio personalis trium a se invicem explicatur (60).
- b. Argumenta ejus invicta sunt in relationibus, quibus iliae personae inter se relatae sunt (61). Cum autem
Hae sunt vel Naturales, vel Oeconomicae (62). Ut
ti patet ex (63).
- . Affirmatur,
- Nomina Patris, et Filii esse referenda ad exponi
non Oeconomicam; sed Naturalem, et Necesariam. Quarum haec

††††††† 2

/ In-

/ Inter Patrem, et Filium proponitur (64).

// Demonstratur ex vi phrasum, esse

, Naturalem (65). Sive respiciatur

* Ad Filium (66). Sive

** Ad Patrem Filii (67).

Harum enim vocum, et phrasum efficaciae

† Non satisfaciunt Sociniani. Quorum

§ Rationes, cur Christus Jesus Filius Dei, et
Patris dicatur, proferuntur (68).

§§ Refelluntur.

○ In genere (69).

○○ In specie

A. Ea, quae desumpta est ex Resuscita-
tione Christi ex mortuis (70).

B. Itemque altera, quae desumpta est Chri-
sti suscitate ex Virgine per potenti-
am Dei (71).

† Cum autem ratio propria, et excellentissima,
cur Christus Filius Dei dicatur,

§ Non quaerenda sit in Tota Mediatoris per-
sona, sed in Natura Filii Divina. Et

§§ Filii notio involvat generationem; quam
Scriptura omnia secula praecessisse notat,
inde

○ Supra disputata non tantum confirmantur,
et uberior exponuntur (72),

○○ Sed et inde validissime evincitur, Chri-
stum Filium Dei non posse dici ob mani-
festationem Divinitatis secundae uirtutis
in humana aliqua Natura. Qua senten-
tia

A. Porro refutata (73, 74).

APHORISMORUM. 79

B. Veraque ulterius exposta, demonstrata (75), atque defensa (76).

†† Ostenditur, Ordinationem secundae Personae ad Munus Mediatorium, non esse rationem, cur Christus Filius, et Proprius Patris sui Filius, et Pater, Proprius Christi Pater dicitur (77, 78).

,, Ex quibus omnibus colligitur iterum, Nomina Patris, et Filii non ex OEconomica, sed Naturali Ratione esse interpretanda, uti est (79). Quam sententiam porro

* Tota Scriptura confirmat, dum docet, Patrem, non tantum OEconomie, sed et

† Per Naturam, Primum esse, et

†† Filium, et Spiritum S. illi in existendo, et operando certa quadam ratione subordinari (80).

** Nec explicari commode possit secundum hypothesis, quae in Deo tria statuit ὄγκυστα, cui et clarissima ratio adversatur (81, 82).

-- Notio Spiritus S. ex simili Relationis Naturalis mysterio interpretanda est (83). Quod / Describitur, et probatur (84, 85).

// Nos ducere ad cogitandum de οὐρανοῖς naturali.

Id quod

, Cum Filio commune habet (86).

,, Licet Sancti epitheton ex OEconomia explicetur (87).

c. Progreditur ad veram Unitatem trium illarum Personarum. Quam

. Stabilunt, et explicant eadem illae Relationes Naturales (88). Et

. Perfectissimam esse Scripturae locutiones clarissime evincunt (89).

c. Vindicatur doctrina hactenus exposita, et confirmata adversus objectiones, quae vel

a. Contra eam totam proferuntur.

. Ex Ratione (90).

.. Ex Scriptura. Ubi fontes solutionum producuntur

- Pro locis, quae adducunt pro Una Vera Deitate Patris.

-- Pro iis, quibus oppugnant / Deitatem Filii.

// Deitatem Spiritus Sancti (91).

--- Adversarios prodere per suam agendi circa loca Scripturae methodum, se ἀποχεῖ τῆς αἰνείας, ostenditur (92).

b. Contra ejus Partes quasdam. Ubi

. Objectioni occurritur: Rationem destruere illas, quas posuimus, divinas relationes, observando,

- Eas contra Unitatem Personarum Divinarum necessario supponere, et inferre (93).

-- Idem demonstrando (94, 95).

.. Alteri, quae habet, Dependentiam Filii &c a Patre subvertere Independentiam Divinae Naturae totius Perfectionem, respondetur (96).

.. Itidemque teriae, quae petitur ex ipsa notione generationis. Observando,

- Generationem, de qua hic agitur, nulla laborare imperfectione (97).

-- Sufficere, et si modum rei perfecte non percipiamus, nos hic liberare ab αὐθαδογίᾳ (98).

d. Denique contenditur sub quibusdam limitationibus

a. Doctrinae hujus cognitionem aliquam praesertim sub Novo Foedere esse necessariam ad salutem (99).

b. Ducere ad veram praxin pietatis (100).

ERRATA IN ANALYSI.

Pag. 42. lin. 3. lege Prolegomena. P. 48. l. 2. l. dicti. P. 52. l. 29. l. legendam. P. 66. l. 23. l. adscribitur. P. 69. l. 22. l. dicitur.



DOCTRINA
RELIGIONIS
CHRISTIANÆ.
Per *Aphorismos Summatim Descripta.*

CAPUT I.

De THEOLOGIA, ejusque Primo Principio,
RATIONE.

AD τὰ προλεγόμενα cujusque Scientiae, rite atque ordine tractandae, pertinet, tum ipsius illius Rei, sive Scientiae, de quā agitur, *Definitionem* tradere; tum *Principia* indicare, ex quibus solida illius intelligentia hauriri possit.

A

z. THE-

C A P U T P R I M U M

2. THEOLOGIA (*θεολογία*) (a) sive *Theologice* (b), si communem vocis usum spectes, in genere dicitur *Scientia Rerum Divinarum*, sive *Doctrina Religionis*: si veram illius Etymologiam, est *Oratio τῷ Θεολόγῳ*.

3. Θεολόγος vero appellatur ὁ λέγων τὸν θεόν, qui de Deo aut *Divinis rebus* differit aut commentatur, *Joh. VIII. 27.* Phrasī Pauli ὁ πειθῶν τὸν θεόν, *Gal. I. 10.*

4. Ut-

(a) Originem, atque varias significationes vocum Θεολογίαν, Θεολογίας, & Θεολόγου apud Ethnicos, ac præcipue Christianos veteres, indagarunt CLAUD. SALMASIUS *Exercit. Plinian.* Tom. I. Cap. 40. pag. m. 590. seq. DAN. HEINSIUS in *Aristarcho Sacro Par.* I. Cap. 14. DIONYS. PETAVIUS in *Prolegom. in Dogmata Theologica* Cap. I. CAROL. DU FRESNE in *Glossario ad Scriptores Mediae & Infimae Graecitatis.* JOANN. CASPAR. SUICERUS in *Thesaur. Ecclesiast.* JOANN. OWEN Θεολογουμένων Lib. I. Cap. I. JOANN. LAURENT. MOSHEMIUS in *Elementis Theolog. Dogmat.* Cap. I. § I. ADRIEN BAILLET dans *Jugemens des Savans* Tom. I. Par 2. Cap. 5. § I & 4. AEgid. MENAGE dans *ANTI-BAILLET* Par. I. Cap. 16. & 39 Hisce jungi possunt Scriptores in *Inscriptio-
nen Apocalypseos*: ut inter alios C. A. H. i. e. CHRISTOPH AUGUST. HEUMANNUS in *Dissertat. de Titulo*

Theologi Joanni Propetae in *Inscriptio-
ne Apocalypseos tributo.* inserta Supplēt. Actor. Erudit. Tom. 6. Sect. 4. pag. 170. seq. ejusque Antagonistae ADAM. HENR. LACKMANNUS in *Miscell. Litterar. Cap. 4.* atque FRIDER. ADOLPH. LAMPIUS in *Prolegomen in Joannem Lib. I. Cap. 7.* §. 19. seq. causam suam tueri voluit HEUMANNUS in *Poicil. Tom. 3. Lib. 2. Epist. 6.* ut & Scriptores vitae GREGORII NAZIANZENI, qui a Patribus κατέξοχον ὁ Θεολόγος adpellatur.

(b) Patres Latinos vocem Graecam Θεολογίαν Theologicen reddidisse praeter alios observavit HENR. VALESIUS in *Annot. ad EUSEBII Hist. Ecclesiast. Lib. I. Cap. 1.* pag. m. 3. Nomina, quibus Theologia a Christianis recentioribus insignitur, ut alios omittant, enumerat JOANN. CHRISTOPH. KOECHERUS in *Conspicu Theologiae Universae Cap. 4. Sect. 4.* § 172.

4. Utraque notio, è Graecorum Scholis petita, supponit, ab altera quidem parte *esse Deum*, eumque per quaedam sua attributa aliis entibus innotescere posse; ab altera vero, hominem praeditum esse facultate, attributa ipsius intelligendi, & de iis cum ratione differendi, *Rom. i. 19.*

5. Neutra tamen harum notionum *Grammatice* in Scriptura Sacra extat, licet ea *simplicibus*, ex quibus compositae sunt, eodem sensu utatur.

Act. i. 3. Rom. iii. 2. 1 Pet. iv. 11.

6. Sed cum varia institui possit de Deo, & Divinis rebus, *oratio*; quaedam etiam falso & erronee: sanam & veram *Theologiam*, strictiore usu & sensu hujus vocis, circumscribimus per *Doctrinam*, quâ homo, & quidem per peccatum *miser*, de Deo, ejusque *viis*, & vero *CULTU*, instruitur ad consolationem certam in hac vita (*Rom. xv. 4.*) & salutem consummatam in futura.

Job. xx. 31. (c)

7. Cum Apostolo dixeris, *esse fidem electorum Dei*, & *πίστιν αληθείας τῆς καλής εὐσέβειας*, agnitionem *veritatis*, quae est secundum pietatem, *Tit. i. 1.*

A 2

8. Doc-

(c) De Theologiae Definitione consuli possunt FRANCISC. JUNIUS de Theolog. vera Cap. 2. Oper. Theolog. Tom. 1. col. 1765. seq. GIBERT. VOETIUS in Distr. de Theologia.

JOANN. CLOPPENBURGIVS in Protheoria Theolog. Christian. Oper. Tom. 1. pag. 445. STEPHAN. GAUSSENIUS in Dissert. de Natura Theologiae Difser. Theol. Diff. 2.

4 CAPUT PRIMUM

8. *Doctrinam dicimus Theologiam, potius quam Scientiam aut Sapientiam (d), quia nobis hic observatur ut *enīsīmū*, systematice (e) tradenda. Hebraicis,*

(d) Ad quodnam Genus Theologia referri debeat, disputarunt FRANCISC. JUNIUS l. c. AMAND. POLANUS in *Syst. Theolog. Christ.* Lib. I. Cap. 13. DIONYS. PERAVIUS l. c. Cap. 8. LUDOV. LE BLANC in *Theol. pag. m. 9. seq.* STEPHAN. GAUSSENIUS l. c. pag. m. 91. JOANN. OWEN l. c. Lib. I. Cap. 2. HENRIC. ALTINGIUS in *Theol. Problem. Loc. 1. Problem. 8.*

(e) Natales, atque Fata Theologiae Systematicae, prospera aequa ac adversa, tradiderunt. LAMBERT. DANAEUS in *Prolegom.* in PETRI LOMBARDI *Libros Sententiarum.* HENRIC. ALTINGIUS in *Oration. Inaugurali praemissa Tom. 1. Script. Heidelberg.* JOANN. HENRIC. HOTTINGERUS in *Biblioth. Quadripart. Lib. 3. Cap. 2.* GEORG. FRID. STIEBERUS in *Historia Theolog. Dogmat.* JOANN FRANCISC. BUDDEUS in *Iag. Hist. Theol. ad Theol. Universam Tom. 1. Lib. 2. Cap. 1.* CHRISTOPH. MATTH. PFAFFIUS in *Introduct. in Hist. Theol. Literar. Par. 1. Lib. 2. § 2.* JOANN. ERNEST. GERHARDUS in *Schediasm. Problemata de Theol. Syst.* JOANN. LAURENT. MOSHEMIUS in *Elem. Theol. Dogmat. Cap. 1. § 10.* Adde Auctores, qui Praestantiam, atque Utilitatem Theologiae Systematicae probarunt, & vindicarunt contra Anabaptistas,

Fanaticos, aliosque, qui Methodum Systematicam improbant. Vide sis HENRIC ALTINGIUS in *Theol. Problem. Loc. 1. Probl. 2. & Theologos, quos enumerat JOANN CHRISTOPH. KOECHERUS in *Conspectu Theol. Universi. Cap. 4. Sect. 4* § 174. Spectant huc opera Eruditorum de variis Theologiam tradendi Methodis, ut DESIDER. ERA MI in *Ratione Tractandi Theologiam cum Praefatione* FRIDER ANDR. HALLEBAUERI de *Scriptoribus Methodorum tractandi Theologiam.* CORNEL. DIETERIC. KOCHII in *Orat. de Variis Modis Descendae Theologiae.* in *Fructibus Theologicis* pag. 1 seq. MICH. FOERTSCHII in *Decad. Differt. Theolog.* JOANN. GEORG. WALCHII in *Differt. de Variis Theologiam tradendi Methodis.* quae extat in *Miscellan. S.* In specie de Methodo Scholastica, a plerisque Ecclesiae Romanae ad seculis retenta, ac strenue contra Oppugnatores defensa, consulendi, praeter Eruditos de Theologia Scholastica, quorum indicem reddit JOANN CHRISTOPH. KOECHERUS l. c. Cap. 4. Sect. 18. § 260. RODOLPH HOSPINIANUS de *Origine Templorum Lib. 3. Oper. Tom. 1.* pag. 361. seq. & in *Historia Sacramentaria Par. 1. Lib. 4. Cap. 9.* Oper. Tom. 3. pag. 342. seq. HENRIC. ALTINGIUS l. c. Loc. 1. Probl. 13. Jo-*

DE THEOLOGIA &c.

braeis, recepta מִתְרָא, תּוֹרָה, *Psl. xix. 8.* Graecis μίσθιον,
Job vii. 16 17.

9 Quae tamen *Doctrina*, si referatur ad varias
mentis Facultates, quae ea occupantur, recte
etiam dicitur *Scientia*, *int̄synwos*, *Sapientia*: quam
relatam ad Deum vocant *Archetypam*: ad *Creatu-*
ras, *Ētypam*: Hanc rursus dispescentes in *Theo-*
logiam Unionis, *Visionis*, & *Revelationis* (f). Nec
abludit quoque haec denominatio à stylo Scrip-
turae, *1 Cor.* ii. 7. *Tit.* i. 1.

10. Commendat autem hanc Doctrinam
prae omnibus aliis, quotquot sunt, Scientiis,
rum *praestantia Objecti*, circa quod versatur,
quod est DEUS, Ens absolutissime perfectum;

A 3 tum

JOANN. HENRIC. HEIDEGGERUS in
Diff. Select. Tom. I. Diff. I. Praeterea
de Methodo Foederali post JOANN.
COCEJUM praecipue in Belgio re-
cepta, ac a multis Theologis
adoptata, differuerunt SAMUEL
PUFENDORFIUS in *Fure Feciali Di-*
vino. J. B. ETTHENHUSIUS, cuius ve-
rum nomen esse fertur. JOANN.
BALTHAS. WERNBERGIUS Eotam-
que Antagonista JOANN. WOLFGANG.
JAEGERUS in scriptis, quae adver-
sus Illos evulgavit, ut in *Fure Dei*
Foederali: in *Epistola Apologetica:* in
Compendio Theologiae per Foedera:

ut & in Tract. de Foedere Gratiae,
ejusque Oeconomia. MICH FOERT-
SCHIUS in Selectorum Theologicorum
Breviario. Par. 1. GUSTAV. GEORG.
ZELTNERUS in Idea Theologiae Foe-
derali.

(f) De Divisione Theologiae, respectu Subjecti, egerunt FRANCISC. JUNIUS de *Vera Theologia* Cap. 3. seq. I. c. JOANN. POLYANDER in *Oratione de Theologia Ecclipta in Synagogm. Exercit. Theol.* pag. 30. seq. JOANN. OWEN Θεολογικούμενων Lib. I. Cap. 3.

tum ipsius hujus Doctrinae utilitas & necessitas (g).

11. Dei vero nobis hic contemplanda objiciuntur Natura, Attributa, Consilia ac Opera, (quae stylo Sp. S. viae Dei dicuntur,) ejusque variae ad hominem Relationes, earumque Consequentia. Summa: Quicquid in Deo mirabile & gloriosum est: τὰ μεγάληα τῆς Θεοῦ, καὶ οὐδέποτε ἄτιμα, ut conspicua est in facie Christi.

12. Ad Consequentia Relationum Dei ad Hominem, & ipsius vicissim respectus ad Deum, pertinet CULTUS Dei, h. e. Officia, quae Deo ab homine debentur; quae vulgo venire solent nomine Religionis, Heb. xi. 6.

13. Omnis enim qualiscunque dissertatio de Deo, vel de ipso instituitur Deo, ejusque Operibus, &, qui inde nascuntur, variis ad hominem respectibus; vel de Officiis hominis erga Deum, quae Deus ab ipso exigit, tanquam sua, h.

(g) Theologiam, ob Praestantiam, Utilitatem, Jucunditatem, Necesitatem, ac Certitudinem, commendarunt HIERONYM. ZANCHIUS Oper. Theolog. Tom. 8. PETR. MOLINAEUS in Oratione in limine Tom. 1, Disputat. Theolog. Sedanensem. LUDOV. LE BLANC. c. JOANN. FECHTIUS

de Nobilitate Studii Theologici. JOANN. FRANCISC. BUDDEUS in Commentat. Theolog. de eo, quod in Theologia Pulchrum est, Miscellan. S. Par. 2. pag. 299. seq. JOANN. LAURENT. MOHEMIUS in Element. Theolog. Dogmat. Cap. 1. §. 2.

DE THEOLOGIA &c.

7

h. e. sibi debita, *Mich. vi. 8. Matth. xxii. 21.*
unde *Theologia* distinguitur in *Theoreticam* &
Practicam (b).

14 A *Cultu* vero Dei, sive verae Religionis
sincero & studioſo exercitio, pendet hominis
consolatio & *salus*, *Jes. XLV. 19.* In *Cultu* Dei
repository est fundamentum *spei*, quæ miseris in
his terris beatos reddit, *Tit. i. 2.* qui proinde est
ultimus finis *Theologie*.

15 Unde jam facile intelligimus, *θεολογος* recta
appellatione dici, qui, solida rerum Divinarum
imbutus intelligentia, ex certis principiis de Deo,
uti se manifestum fecit in *Filio*, & per *Filium*, ac
Spiritum suum, & de vera Religione, *animo* &
ore puro, differit, eundemque Deum, secundum
illam lucem, quâ à Sp. S. collustratus est, stu-
dio-

(b) Quaestionem: an *Theologia*
sit mere *Theoretica*, an tota *Pra-
ctica*, an *Theoretico-Practica*, an
magis *Theoretica*, & minus *Pra-
ctica*, an ab altera parte *Theo-
retica*, sed praeceps *Practica*, tra-
starunt ADAM POLANUS in *Syntagma
Theolog.* Lib. 1. Cap. 13. JOANN.
HOORNBEK in *Theolog. Pract. Par.
I.* Lib. 1. Cap. 2. HENRIC. ALTINGIUS
in *Theol. Problematis. Loc. 1. Probl. 4.*
JOANN. HENRIC. HEIDEGGERUS *Dif-*

*sert. Select. Tom. 4. Diff. 10. seq. SAM.
WERENFELSIUS in Opusc. Theol.
Tom. 2. pag. 292. seq. GOTTH.
WENDORFIUS in cautelis, circa id,
quod in *Theologia* dicitur *Practicum*.
Polemici Scriptores adversus So-
cinianos, Remonstrantes, Anabap-
tistas, atque *Mysticos*, qui Cul-
tum Dei in sola Praxi collocant,
& *Theologiam* mere esse *Practical*
volunt: quorum nonnullos ad
§ 31. hujus Capitis memorabo.*

8 CAPUT PRIMUM

diose colit. 2 Cor. ii. 17. Matth. XIII. 52 (i).
Hebraeis נביאים Prophetae dicebantur, Jer. XIV.
18 (k).

16. Sunt

(i) Requisita veri nominis Theologi recensuerunt, ac explana-
runt FRANCISC. JUNIUS l. c. Cap.
17. ANTON. PERIZONIUS in *Tractatu de Ratione Studii Theologici*
Cap. 3. seq. HERMANN. WITSIUS in
Orat. de Vero Theologo. Miscell. S.
Tom. 2. pag. 850. seq. & in *Orat. de*
Theologo Modesto. ibid. pag. 904. seq.
JACOB. ELSNERUS in *Orat. de Zelo*
Theologi. SAM. WERENFELSIUS in
Orat. de eodem Argumento. Opusc.
Theol. Tom. 1. pag. 375. seq. JOAN AL.
PHONS. TURRETINUS in Orat. de The-
ologo Veritatis. & Pacis Studioſo
Cogitat. & Differ. Theolog. Vol. 1.
Orat. Academic. Orat. 2. JOANN.
FRANCISC. BUDDEUS in Iag. Hist.
Theol. ad Theol. Univers. Tom. 1.
Lib. 1. Cap. 2. JOANN. LAURENT.
MOSHEMIUS in Diff. de Theologo non
Contentioso, quae prostat in Syn-
tagm. Diff. ad Sanctiores Disciplinas
pag. 1. seq. & in Orat. de Christo unice
Theologo imitando ibid. pag 577. seq.
JOANN. CHRISTOPH. KOECHERUS in
Conspictu Theologiae Universae Cap. 3.
§ 145. ut & Auctores ab illo &
MICHAEL LILIENTHALS in *Theolog.*
Homilet. Archivario pag. 4. adducti.
Referri hue possunt variae lites
in Germania maxime inter Eccle-

siae Lutheranae addictos, longo tem-
pore, ac magno animorum aestu
agitatae de Renatis: num Theologi
nomine digni sint? nec non de
Irregenitorum Illuminatione, The-
ologia, & Notitia Veritatum Divi-
narum. Scripta circa hasce con-
troverbias, magno numero in lucem
emissa, praeprimis a Pietistis, eo-
rumque Adversariis, enumerarunt
CHRISTOPH. MATTH. PFAFFIUS in
Introduct. in Hist. Theol. Liter.
Par. 1. Lib. 2. § 10. pag. 281. seq.
JOANN. GEORG. WALCHIUS in *Bibl.*
Theol. Select. Tom. 2. Cap. 5. Sect. 17.
§ 16. 28. 31. & 32. MICHAEL LILIEN-
THALS l. c. pag. 33. & 291. Horum
Scriptorum amoebaeorum suis locis
Cap. 11. & 15. nonnulla adferam,
atque ab aliis notata addam. Con-
fer quoque Scriptores de Requisi-
tis idonei Interpretis Scripturarum
Sacrae, ad finem Capitis sequentis
citandos.

(k) Nomina, quibus Theologi in
Scriptis Hebraeorum tam veterum,
quam recentiorum occurunt prae-
ter Theologiae Judaicae Scriptores
exhibit JOANN. HENR. HOTTINGE-
RUS in *Thesaur. Philolog. Lib. 1.*
Cap. 2 Sect. 1.

DE THEOLOGIA &c. 9

16. Sunt autem PRINCIPIA (*l*) certa, in quibus haec Scientia fundata est, RATIO, & REVELATIO.

17. RATIO (*m*) cuique homini, ad eam attendentis, objicit cogitationem de Deo ad *vñorū prudenter considerationem amplissimorum & pulcherrimorum Dei Operum*; sive ea in *Nobis*, *Ps. CXXXIX. 14. 15. 16. Act. XVII. 25. 28.*} sive in *Mundo universo* contemplemur. *Rom. I. 20. Ps. XIX. I. Jes. XL. 26. Job. XII. 7--10.*

B

18. In

(*l*) Fontes Theologiae monstrarunt HENRIC. ALTING in *Theol. Problem. Loc. 2. Probl. i. IOANN. LUDOV. FABRITIUS in Diff. de Theologia, & ejus Principio Oper. pag 1. seq. HENRIC. HULSIUS de Principio Credendi. JOANN. SIGISMUND. KIRCHMEIERUS id Disquis. de Unico Fidei Principio; Verbo Dei, Scriptores de Usu Rationis in Theologia, atque Concordia Rationis & Fidei, ad calcem hujus Capitis memorandi: nec non Elenctici, qui Judaeos, Pontificios, & Graecos recentiores Traditiones Orales, Muhammadanos Alcoranum, Myстicos Lumen aliquod internum, ac Enthusiastas Revelationes immediatas in Principiorum Theologiae numerum referentes, profligantur, quos ad Caput sequens laudabo.*

(*m*) Varias Rationis Definitiones, (ne memorem Metaphysicae, Logicae, Philosophiae, Juris Naturae, Theologiae Naturalis, nec non de Usu Rationis, atque Concordia Rationis, & Fidei Scriptores) dederunt JOANN. LOCKE de Intellectu Humano Lib. 4. Cap. 17. seq. IUST. CHRISTOPH. SCHOMERUS in Specimine Theol. Moral. Cap. 3. JOANN. FRANCISC. BUDDEUS in Institut. Theol. Moral. Par. 1. Cap. 1. Sect. 2. THEODOR. CRUGERUS in Appar. Theol. Moral. Cap. 3. Sect. 1. § 5. PETR. POIRET id Discursu Praeliminari Cogitat. Rational. Sect. 5. & de Eruditione Triplici Lib. 2. JOANN. LAURENT. MOSHEMIUS in de Zitten-lege 1 Tb. 1. Cap. §. 3.

18. In nobis quidem ipsis, ubi attendimus ad Mētem; ad Cōrpus; & utriusque Conjunctiōnē artificiosam & mirabilem.

19. In Mētis nostrae, excellentibus à Deo facultatibus instructae, nec tamen substantiae in suo genere perfectae, (quae ex iis, quae existunt in rerum natura, omnium primo nobis innotescit:) post detectam ejus naturam, dum inquirimus Cauſam: prudenter ratiocinando, aliam non reperiemus, quam Deum, ens absolute perfectum & liberum. *Jes. XLII. 5. Num. XVI. 22.*

20. In hac Mēte deprehendimus Consciētiām, sive nos doceat, quid verum sit, vel falso, quid bonum sit, vel malum; sive nos sub spe praemii, & comminatione poenae, per modum Legis, ad bonum opus obliget, incitet, impellat, & à malo opere deterreat; sive etiam nos, secundum illas juris & aequi regulas, absolvat & condemnet. *Rom. II. 14. 15. Fer. XVII. I. 1 Job. XI. 20.* quae singula Deum clamant, unicum Conscientiae Auctorem.

21. Deus enim si non esset, nec verum nec falso; nec bonum nec malum, morali-
ter

DE THEOLOGIA &c. 11

ter sic dictum; nec summae praemium felicitatis, nec aeterni exitii poena; nec spes nec metus essent.

22. Ut adeo *Conscientia* involvat *Ideam Dei*, absque qua officio suo fungi non posset: ac proinde, idem in nobis auctor sit *Ideae Dei*, qui *Conscientiae*. Rom. 1. 19

23. Praeter *Corpus nostrum*, & admirabilem ejus structuram, & cum Mente *Conjunctionem*: si oculos nostros, & maxime mentis aciem, convertamus ad vastam Mundi machinam, ornatissimam tot corporum compagem; *Deum* nobis indicabit auctorem, sive res in eo simpliciter consideremus, ut existentes; sive ut motas; sive etiam ut ordine motas. Neque enim existere, neque moveri, neque ordine moveri potuissent, si Deus non esset. (n)

B 2

24. Ut

(n) Circa Dei existentiam, operationis demonstrandam, notandum est.

I. Argumenta, quibus Supremum esse Numen evincitur, non unius esse generis, ac in plures, vel minores classes dispesci, quae enumerantur, ac examinantur. JOANN. PHILIPP. FREUNERO de *Via Trina ad*

Existentiam Dei Probandam. JOANN. FREDERIC BUDDEO in *Theol. Theolog.* de *Attheism. & Superstitione.* Cap. 5. § 2. HADR. BUURT in *Observat.* JACOB FRIDERIC REIMMANNO in *Idea Compedit. Theol. Cap. 2.* adnexa *Histor. Universi Attheism. & Atteor.* JOANN. MATTH. GESNERO in *Examine Argumentorum*, quibus *Deum esse* Evidetur.

24. Ut adeo qui Deum agnoscit, omnium rerum *caussam* indicare possit & *finem* quoque,
atque

titur. JOANN. NICOL. FROBESIO in *Brevi, ac Dilucida Scriptorum, qui bus Numinis Divini Existentia Comprobatur, Recensione.* GEORG. BERNHARD. BILFNGERO in *Dilucidat. Philosoph.* Sect. 4. Cap. 2. In specie de Argumento a Tuto desumto egerunt JOANN. ALBERT. FABRITIUS in *Del. argum. & syll. Scriptor. de Verit. Relig. Christ.* Cap. 6. JOANN. LAURENT. MOSHEMIUS in *Disp. de Vi Argumenti, quod a Tuto Desumitur in Sacris Controversiis in Syntagma, Dissert.* pag. 517. seq. PIERR. BAYLE dans *Diction. Hist. & Crit.* ad v. *Pascal.* JOANN. TILLOTSON in *zyne Predik. over Job 28. v. 28. 1 Deel. 1 Pred. 40 bladz. enz. en in de 2 Pred. over 2 Petr. 3 v. 3. bladz. 69. enz.*

II. Nobis notitiam Dei esse infinitam, & ex ea, Divini Numinis Existentiam, manifestam esse, adversus negantes SIM. EPISCOPIUM in *Institut. Theol.* Lib. 1. Cap. 3. JOANN. LOCKIUM de *Intellectu Humano.* Lib. 1. Cap. 2. seq. JOANN. PEARSONIUM over den 1 Artik. van bet Geloof aliosque, adseruerunt GIEERT. VOETIUS in *Disput. Theol. de Modis Cognoscendi Deum Disput. Select.* Par. 5 pag. 455. seq. JOANN. HOORN BEEK in *Socinian. Confutat.* Tom. 1 Lib. 1 Cap. 7. ADRIAN HEEREBORD in *Meletem Philosoph.* Vol. 1. Disp. 3. GERARD. DE VRIES in *Exercit.*

Rational. Exercit. 2. PETR. A MASTRICH in *Novitat. Cartesiani. Gangraena* Sect. 2. Cap. 4. MELCH. LEYDEKKER in *Face Veritat.* Loc. 3. Controvers. 1. JOANN. FRANCISC. BUDDEUS in *Theol. Theol. de Atheism. & Superstition.* Cap. 5 § 1. atque in *Institut. Theol. Moral.* Par. 2. Cap. 3. Sect. 1. ZACHAR. GRAPIUS in *System. Novissim. Controvers.* Tom. 1. Cap. 1. Quaest. 1.

III. RENAT. CARTESIUM in *Princip. Philosoph.* Part. 1 & in *Meditat. de Prima Philosoph.* Meditat. 3. ac 5. post nonnullos je Veteribus, censuisse nobis Ideam Entis Perfectissimi esse Innatam, atque ex ea Supremi Numinis Existentiam claram demonstrari posse. Hanc sententiam magno numero tam Theologici, quam Philosophi secuti sunt. v. g. JOANN. CLAUBERGII in *Exercit. de Cognitione Dei, & Nostris: Exercit.* 5. seq. item in *Parapbr.* in RENAT. CARTESII *Meditat. de Prima Philosoph.* BURCHER. DE VOLFER in *Exercit. Philosoph.* pag. m. 133. seq. CHRISTOPH. WITTICHIIUS in *Exercit. Theolog. Exercit.* 1. § 13. seq. in *Theol. Pacific.* Cap. 14. & in *Annotat. Postbum.* ad RENAT. CARTESII *Meditat.* PETR. ALLINGA in *Illust. Erptemat.* Decad. 8. LAMBERT. VELTHUYSIUS de *Initiis Primae Philosoph.* Sect. 24. seq. Oper. Par.

atque idcirco in luce veretur, & sapiat: qui Deum negat, nullam; ac proinde in tenebris sit, & misere desipiat.

B 13 sb 25. Qua-

2. JOANN SCHOTANUS in *Discussion. Censurae Huetianaæ Cap. 4. HERM. ALEXAND KOELL in Diff de Theol. Natural § 43 seq. nec non in Diff Philos. de Ideis Innatis GERARD DE VRIES opposita. RUARD ANDALA in Exercit. Academ in Pbilof. Primam Par 1. Exercit 3 seq in Syntagn. Theol. Phys. Metaphys ut & in Diff Philos. Hept Diff. 1. CAESAR FEGORIER dans l'Exposition de la Theol. Chretienn Sect. 2 Cap. 1. TACO HAJO VAN DEN HONERT in de Waaragtige Wegen 1 Deel 1 Boek 2 Hoofdst. Attamen non defuerunt, qui, tales nobis Dei Ideam Innatam esse, inficias iverunt, ut GISEB VOKTIUS l. c. RADULPH CUDWORTHUS in System. Intellectual. Tom 2 Cap 5. Sect 1. § 98 JOANN LAURENT. MOSHEMIUS in Observ. PETR. DAN. HUETIUS in Censura Pbilof. Cartes. Cap. 4. GERARD. DE VRIES in Diatr. de Ideis Rerum Innatis. PETR A MASTRICHT. l. c. MELCHIOR LEYDEKKER l. c. & in Veritate Euangelii Triumphant Lib. 2. Cap. 5. SAM WERENFELSIUS in Judicio de Argumento CARTESII pro Existentia Dei Petito, ab Idea Dei. Opusc. Theol. Tom. 2. pag. 198 seq nec non in Vindiciis Judicii de Argumento*

CARTESII contra Epistolam Apologeticam. J. H. S. i. e. JOANN. HENRIC. SUICERI ibid. pag. 213. seq. JOANN. JACOB ZIMMERMANNUS in Dialogo de Idearum Natura Opusc. Theol. Tom. 1. Par. 2 Plura desiderans adeat JOANN. ALBERT FABRITIUM l. c. Cap 10. & 12. JOANN FRANCISC BUDDEUM l. c. JACOB. BRUCKERUM in Historia Pbilosophica de Ideis & in Histor. Philos. Tom 5. Per. 3. Par 2. Lib. 1. Cap. 7. Adde si placet Mantissam Epistolicam de arguento CARTESII pro Existentia Dei, quae exstat in Museo Helveticus Tom. 1. Par. 5. Spec. 5.

IV. Quietistas, ac Mysticos contendere, nos habere notitiam Numinis Divini, sola Experiencia, vel Perceptione Entis, vivide Objectivi, a Deo nobis inmediate impressa, ad quam facultates, & ideae nostrae nihil faciunt. Hoc fragmentum exploserunt ZACHAR. GRAPIUS in System. Novissim. Controvers. Tom. 1. Cap. 1. Quaest 8. & Scriptores ibi adducti; nec non Elenctici, qui memoratas Sedas, in primis PETR POIRETUM, hujus sententiae accerrimum, defensorem oppugnarunt.

V. Da-

CAPUT PRIMUM

25. Quare, cum tot sint testimonia, & argumenta existentiae Dei, in *nobis* & *extra nos*, ut Deus nos pone & retro circumcingat obsideatque, & nos manu sua premat, (*Ps. cxxxix. 5.*) quae nullum mortalem, de Deo cogitantem, latere possunt, aegre concedimus, post ortam Evangelii

V. Dari Supremum Numen, ex adtenta Rerum Creatarum Consideratione commonstrasse.

1. In genere ROBERT. BELLARMINUM de *Ascensione Mensis in Deum*. DIONYS. PETAVIUM Dogmat. Theolog. Tom. 1. Lib. 1. Cap. 1. seq. LUDOV. LE BLANC. in *Tbes. Theolog.* pag. m. 90. seq. SAM. WERENPELTIUM in *Praelection. de Existencia Dei* l. c. pag. 252. seq. JOANN. ALPHONS. TURRETINUM id *Diss. Theolog.* Vol. 1. Diss. 2. pag. 83. seq. JOANN. ALBERT. MELCHIOREM in *Diss. de Argumentis, quibus Existencia Dei à Posteriori Probatur*: quae primum Legati Stolpiani Praemium reportavit, ac duos Anonymos in *Diss. altera Latine, Belgice altera, conscriptis, simulque editis*. JAQUES ABBADIE dans le *Traite de la Verite de la Religion Cbreienne Par. 1. Sect. 1. Chap. 2. seq.* ISAAC JAQUELOT dans *Dissert. sur l'Existence de Dieu*. FRANCISC. DE SALIGNAC DE LA MOTHE FENELON dans *Demonstration de l'Existence de Dieu*. BERNARD.

NIEUWENTTT in het Regt Gebruik der Wereld Beschouwinge. JOHN RAY Gods Wysheit geopenbaard in de Werken der Scheppinge. SAM. CLARKE in zyne Verbandeling over Gods Natuur, en Eigenschappen. WILLEM DERHAM in zyne Godegeerde Natuurkunde. JOHAN HANCOCK in de Uitrekzels van GILE. BURNET 2 Deel. JOANN. JACOB. SCHEUCHZERUS in *Jobs Heilige Natuurkennis*. HERM. SAM. REIMARUS in zyne Verbandelingen over den Natuurlyken Gods-Dienst met Aantekeningen van JOAHN LULOFS. 2. In Specie, ex singulis Rebus, earumque Partibus e. g. ex Anima: ex Conscientia: ex Corpore, ejusque Membris: ex Unione Mensis cum Corpore: ex Ordine, & Harmonia Mundi: ex Finibus Rerum: ex Coelo: ex Aere: ex Terra: ex Mari: ex Rebus in Universo: ex Motu: ex Initio Mundi, Generis Humani, Artium, atque Scientiarum: ex Consensu Generis Humani; ex Contingenti Rerum Existencia: Entis Perfectissimi existentiam

gelii lucem dari *Atheos* (o) *speculatorios*, qui hanc sententiam secure possideant: licet non defuerint, qui

tiam comprobatam esse a Theologis, & Philosophis. Horum, atque illorum Scripta recensere nimis longum, ac superfluum foret; cum nobis otium fecerint MARTIN. LIPENIUS in *Biblioth. Theolog.* Tom. 1. in voce *Deus*. JOANN. ALBERT. FABRITIUS in *Det. Argum. & Syll. Script. de Verit. Relig. Christian.* Cap. 7. JOANN. FRANCISC. BUDDEUS in *Thef. Theol. de Atheism. & Superstitione.* Cap. 5. § 3. seq. HADR. BUURT in *Observat.* JOANN. GEORG. WALCHIUS in *Biblioth. Theolog. Select.* Tom. 1. Cap. 5. Sect. 5. § 3. seq.

Denique Controversiam, num cognitio Existentiae Dei, ex contemplatione rerum visibilium hausta, sit firma, ac solidissima, nec ne, agitatam esse inter PETR. A MASTRICH in *Novitar. Cartesian.* Gangr. Sect. 2. Cap. 4. & MELCH. LEYDEKERUM in *Face Veritatis Loc.* 3. *Controv. 5. Eorumque Adversarios CHRISTOPH. WITTICHUM in Theol. Pacif.* Cap. 11. nec non PETR. ALLINGAM *Illustr. Erotemat. De- cad. 8.*

(o) Ingens est, Controversiarum, ac Scriptorum de Atheis, seges, quorum sequentes memorasse sufficiet.

I. Vocem *atheū*, ejusque Synonyma, atque Homonyma en-

merarunt, & exposuerunt. JUL. POLLUX in *Onomast.* Tom. 1. Lib. 1. Segm. 21. GISB. VOETIUS in *Disp. de Atheismo Disp. Select. Part. 1.* pag. 115. seq. JOANN. HENR. SUICERUS in *Thefaur. Ecclesiast.* JAC. FRIDER. REIMMANNUS in *Hist. Univ. Atheismi, & Atheorum Cap. 1.* ac in *Specim. Lexic. Paradoxol.* inserto *Biblioth. Bremens. Claff 6. Fascic. 5. Art. 2.* JOANN. CHRISTOPH. WOLFIUS in *Curis Phiol. & Critic. ad Ephes.* 2. v. 12.

II. Varias Atheorum Species percensuerunt GISE. VOETIUS l. c. & in *Append. Paralypom.* GERARD. JOANN. VOSSIUS de *Origine, & Progressu Idolatriæ Lib. 1.* Cap. 3. Oper. Tom. 5. RADULPH. CUDWORTHUS in *System. Intellect.* Tom. 1. Cap. 1. seq. JOANN. LAURENT. MOSHEMIUS in *Obseru.* ABRAHAM. HEIDANUS de *Origine Erroris Lib. 4. Cap. 1.* PETR. POIRETUS in *Discurs. Praelimin. Cogitat. Rational.* Sect. 9. JOANN. FRANCISC. BUDDEUS in *Thef. Theol. de Atheism. & superstitione.* Cap. 2. JAC. FRIDER REIMANNUS in *Hist. Atb. 1. c.*

III. Lis fuit, num dentur Athei Speculatori: quod nonnulli insciati sunt, e contra alii adfirmarunt, qua de quaestione inspici possunt. GISE. VOETIUS l. c. & in *Thef. Heautontimor. SALA. MARCIUS*

16 CAPUT PRIMUM

qui conati sint se ipsos obfirmare & munire, contra hanc cogitationem de Deo, & ad tempus omnem

EIUS in *Systemate Novo*. JACOB. BAELELIUS in *Examin. Accurat.* Disp. GIB. VORTII. item in *Confutat. Theserit. Hautontimor.* nec non in *Gymnas. Ultrajectin.* GERARD DE VRIES in *Exercit. Ration.* *Exercit.* 3. MELCH. LEYDEKER in *Face Veritatis Loc.* 3. *Controu.* 3. PETRUS ALLINGA in *Face Diffidit Extincta.* Cap. 19. AUGUST. PFEIFFERUS in *Dubibus Vexatis S. S. Centur.* 3. Loc. 54. ad *Psalm* 14. v. 1. JAC FRIDER. REIMANNUS l. c. JOANN FRANCISC. BUDDEUS l. c. Cap 1. VALENT ERNEST LOESCHERUS in *Praenotion. Theolog. Praenot.* 3. ZACHAR. GRAPIS in *System.* *Novissim. Controvers.* Tom. 1. Cap. 1. Quaest. 6. JAQUES ABBADIE dans le *Traite de la Verite de la Religion Chretienne* Tom. 1. Sect. 1. Cap. 18. ANONYMUS dans *l'Histoire de la Philosophie Payenne* Tom. 1. Cap. 1. Elenctici, qui sententiam FAUST. SOCINI, ac quorundam ejus sequacium, non dari Theologiam Naturalem refellerunt. Huc Spectat contraversia, num fuerint, vel sint Integrae Gentes Atheae? Videantur JOANN LUDOV. FABRITIUS in *Apologeticum pro Genere Humano contra Atheismi Calumniam Oper.* pag. 119 seq. JOANN. ALBERT. FABRITIUS in *Biblioth. Antiquar.* Cap. 8. ac in *Del. Argum. & Syll. Scriptor.* de

Verit. Relig. Christ. Cap. 8. pag. 308. seq. EDUARD STILLINGFLEET in 't Byvoegzel agter de Origin. S. bl. 103. enz. Qui plura desiderat, adeat Scriptores a J. A. FABRITIO l. c. citatos, quibus addi possunt JOANN. WILHELM FEUERLINUS in *Diff. de Genuina Ratione Probandi a Consensu Gentium Existentiā Dei*, ut & Scripta Eruditorum evulgata adversus Socinianos, BAEIUM, LOCKIUM, eorumque Adsecias.

IV. Historiam Atheismi concinnarunt, & in lucem emiserunt GIB. VOETIUS l. c. THEOPHIL SPIZELIUS in *Scrutinio Atheismi, & in Epistolis ad HENR MEISOMIUM*, atque ANTON. REYSERUM. Hic in Epistola ad THEOPH'L. SPIZELIUM. JENKIN. THOMASIUS PHILIPPS in *Diff. Histor. Philes. de Atheismo.* JOANN. CHRISTOPH. WOLFIUS in *Diff. de Atheismi Falso Suspectis.* JOANN. FRANCISC. BUDDEUS l. c. MATURIN. VIEISSIER LA CROSE dans *Entretiens sur Divers sujets de Literature Entret.* 4. sur *l'Atheisme, & les Athées Modernes.* Plura suppeditabit JOANN. CHRISTOPH. KOECHERUS in *Coniectu Theologiae Universae Cap. 6. § 345.* ubi exhibet notitiam Eruditorum, qui librorum, de Atheis editorum, Syllabum dederunt.

V. Atheos

DE THEOLOGIA &c. 17

omnem bonam mentem ejurarint. *Ps.* x. 4. *xiv.*
1. *Ephes.* ii. 12.

C 26 Tan-

V. Atheos oppugnarunt, & profligarunt, praeter memoratos Scriptores de Existentia Dei, & Atheismo, HENRIC. MORUS in *Antidoto adversus Atheismum Oper.* Tom. 3. SAM. PARKERUS in *Cogitation. de Deo, & Providentia:* & in *Tentamen. Physic. Theolog.* RADULPH. CUDWORTHUS in *Syst. Intellect.* Tom. 1. Cap. 3. seq. & Tom. 2. Cap. 5. JOANN. LAURENT. MOSHEMIUS in *Obseru.* BURCHER. DE VOLDER in *Disp. Philosophb. contra Atheos.* REINH. HENRIC. ROLLIUS in *Existentiae Numinis Divini Assertione adversus Atheos.* HADR. BUURT in *Diff. Philosophb. qua Existentia Dei contra Atheos probatur.* adjecta JOANN. FRANCISC BUDDEI *Thes. Theol. de Atheism. & Superstition.* LOUIS CAPPEL dans *Pivot de la Foy.* FRIDERIC. SPANHEIM F. dans *l'Attheisme Convaincu.* FRANCISC. RIDDERUS *Proces voor God tegen allerley Atheisten.* EDUARD STILLINGFLEET in *Origin.* S. 3. Boek. 1. Hoofdst.

Speciatim famosum pantheistam BENEDICT DE SPINOZAM refutarunt HENRIC. MORUS *Oper.* Tom. 2. pag. 563. seq. & pag. 615. seq. JACOB. BATELERIUS in *Vindictis Miraculorum.* CHRISTOPH. WITTICHUS in *Anti-Spinosa.* LAMBERT. VELTHUYSIUS in *Tractatu de Cultu Naturali, & Origine Moralitatis Oper.* Tom. 2.

CHRISTIAN. KORTHOLTUS de *Tribus Impostoribus.* JOANN. MELCHIORIS in *Epistola ad Amicum.* Oper. Tom. 2. IOANN. FRANCISC. BUDDEUS in *Exercit. Histor. Philos. de Spinozismo ante Spinozam.* in *Analect. Histor. Philos. Exercit.* 9. PETR. POIRET in *Fundamentis Atheismi eversis. adnexis. Cogitation. Rational.* RUARD. ANDALA in *Apologia pro Vera ac Sana Philosophia.* JACOB. STAALKOPFIUS in variis *Dissertationibus*, quas memorat. JOANN. JACOB. MOSER in *Lexico der Ietzlebenden Theologen* 2 Th. 982. bladz. JOACHIM. LANGIUS in *Causa Dei, & Religionis Naturalis Asserta.* ZACHAR. GRAPIUS in *Systemat. Novissim. Controversiar.* Tom. 1. Cap. 1. Quaeest 10. seq. PIERR. YVON dans *l'Impiete Convaincu.* FRANCISC. LAMY dans *Nouvel Atheisme Renverse.* MR. DE JARIGES sur le *Spinozisme.* dans *l'Histoire, & Memoires de l'Academie Royale de Berlin A. 1745.* Tom 1. pag. 121. seq. BERNARD. NIEUWENTYT in *de Gronden van Zekerheit.*

Denique Atheismi Insaniam ostenderunt RICHARD. BENTLEY in *Sutilitia & Irrationalitate Atheismi.* Latine versa a PAUL. ERNEST. JABLONSKI. SAM. WERENFELSIUS in *Praelectione de Sutilitia Atheismum Proficientium.* Opusc. Tom. 2. pag. 239.

18 CAPUT PRIMUM

26. Tantum abest, ut concederemus in sententiam Fausti Socini, & paucorum ejus sequacium

239. seq. JACOB LAUFFERUS in *Atheo Amenti*. FRANCISC. ULRIC. RIES in *Diss. Philos. de Atheis, eorumque Stultitia*. THEODOR. ONDEREYK den Dwaazen Atheist Ondekt, en van zyne Dwaasheit overtuigt. Commentatores in Psalm. 14. v. 1. quorum nonnullos adducit. MICH. LILIENTHALS in *de Biblischer Archivarius der Alten Testaments ad Psalm. cit.*

VI. Causas, Proprietates, Ad juncta, Criteria, Effectus, Fines, Remediaque Atheismi memorarunt, atque exposuerunt, praeter Scriptores de Atheismo supra allegatos, JOANN. CONRAD. SCHWARZIUS in *Programm. de Atheis, Daemonum Consilio servientibus*; item in *Diss. de Contemtione Euangelicae Veritatis, Aditu ad Insanias Atheorum*. JOANN. JACOB. ZIMMERMANNUS in *Meditation. de Causis magis magisque invalescentis, Incredulitatis, & Medela huic Malo adhibenda Opusc. Tom. 1. Part. 1.* JOANN. FRIDER. STAPFERUS in *Institution. Theol. Polemic. Univers. Tom. 2. Cap. 6.*

VII. Opinionem NICOL. MACHIAVELLI, PETRI BAELII, CHRISTIAN. THOMASII, atque aliorum, Superstitionem, Atheismo Societati Humanae, & Civitati Civili, Perniciosem, ac proinde Tolerabiliorum esse; nec non Rempublicam,

absque omni Religione, Subsistere, ac Florere posse, subletis niti fundamentis, probatum dedere GISB. VOETIUS l. c. JOANN. GEORG. PRITIUS in *Diss. de Atheismo, & in se Foedo, & Humano Generi Noxio*. JACOB. FAYUS in *Defensione Religio- nis contra JOANN. TOLANDUM Cap. 26 seq. JOANN. FRANCISC. BUDDEUS in *Theol. de Atheism. & Su- persitit. Cap. 4. § 5.* JACOB. STAAL- KOPPIUS in *Diss. de Habitu Atheismi ad Vitam Civilem*. HECT. GODOFR. MASIUS in *Diss. Academic. Diss. 20. Cap. 1.* ZACHAR. GRAPIUS in *Diss. An Atheismus necessario ducat ad Corruptionem Morum: & in System. Novissim. Controvers. Tom. 1. Cap. 1. Quæst. 7.* JAQUES BERNARD dans les *Nouvelles de la Republique des Let- tress, variis in Locis*. Adde JOANN. ALBERT. FABRITIUM in *Del. Argum. & Syll. Scriptor. de Verit. Relig. Christ. Cap. 11. § 3. seq. & Erudi- tos ibi citatos; nec non Auctores de Jure Naturae, & Gentium.**

VIII. Huc referri potest Controversia in Belgio ventilata: num de Deo, ejusque Existentia Dubitare liceat? adfirmarunt post. RENAT. CARTESIUM in *Princip. Philos. Par. 1. Meditat. 1. seq. item in Epistol. Par. 2. Epist. 10.* ejus Adseclae, CHRISTOPHI WIT- TICHIIUS in *Theol. Pacif. Cap. 3. Pert.*

um, qui *naturalem Dei cognitionem* (*p*), omnis cognitionis divinarum ac humanarum rerum fundamentum, negant, *Rom. i. 19. Ps. xix. 1.*

27. Quam primum vero quis per *Rationem intellectus*, *Deum existere*: per eandem Rationem se fentit obligari ad *CULTUM DEI*, qui *Religio* dicitur (*q*) quae Altera *Doctrinae Theologicae pars est.*

C 2

28. Est

PETR. ALLINGA *Illustr. Erotemat. Decad. 8. RUARD. ANDALA in Exercit. Academ. in Philosophiam Primum Exercit. i. ac in Paraphrasi in Principia Philosophiae RENAT. DES CARTES Par. 1. Art. 1. seq. ABRAH. HEIDANUS in zyne Consideration 18. Positie. 116. bladz enz. Contra negarunt PETR. A MASTRICH. in Novitat. Cartesian. Gangraena Sect. 1. Cap. 2. MELCH. LEYDEKKER in Face Veritat. Loc. 1. Controvers. 2. ZACHAR. GRAPIUS l. c. Tom. 1. Cap. 1 Quaest. 2.*

Ultimo loco de Atheis Practicis, praeter laudatos Scriptores, qui generatim de Atheis differuerunt, adeundi Exegerae ad Tit. 1. v. 16.

(*p*) Dari Theologiam Naturalem, adversus FAUST. SOCINUM, atque quosdam ex ejus Secta, aliosque commonstrarunt JACOB. TRICLANDIUS in *Antapologia* Cap. 1. JOANN. HOORNBECK in *Socinian. Confutat.* Tom. 1. Lib. 1. Cap. 7.

JOANN. JUNIUS in *Refutat. Praelection. FAUST. SOCINI Cap. 2. JACOB. ALTINGIUS in *Dissertat. Academ. Heptad. 6. Diff. 2. seq. Oper. Tom. 5. JOANN. HENRIC. QUENSTEDT in *Theolog. Didact. Polemic. Par. 1. Cap. 6. Scct. 2. Quaest. 1. JOANN OWENUS Gedleyouwer Lib. 1. Cap. 5. JOANN. ALPHONS. TURRETINUS in *Diff. 1. de Theologia Naturali in Genere. Cognition. & Dissert. Theolog. Vol. 1. JOANN. TILLOTSON in zyne Tweede Predikat. over Rom. 1. v. 18. 19. in bet 3 Deel der Predikat. Jungi hisce possunt Theologiae Naturae Scriptores, nominatos a JOANN. ALBERT. FABRITIO in *Bibliotb. Antiquar. Cap. 8. & in Del. Argum. & Syll. Script. de Veritat. Relig. Chrift. Cap. 19.*****

(*q*) Nomina Hebraica, Graeca, & Latina, quibus Cultus Dei insignitur, illustratunt JOANN. HENR. HOTTINGERUS in *Thesaur. Philolog. Lib.*

28. Est enim *Religio*, ipse *Dei Cultus*, sive potius, omnis creaturae rationalis actus, per quem se Deo studet *commendare*, ut favore ejus potiatur: quod est εὐαρεστοῖς τῷ Θεῷ, *Heb.* XI. 5.

29. Explicari solet in Scriptura, per *amorem*, *reverentiam*, & *quaesitionem* Dei; *ambulationem* cum Deo, sive *coram facie Dei*, &c. *Deut.* VI. 5. X. 12. *Job.* XXVIII. 28. *Gen.* V. 24. XVII. 1. *Hebr.* XI. 6. *Psl.* XXVII. 8.

30. Quoniam vero homo *mente* constat & *corpore*; & Deus, cum *mente*, tum *corpore* gloriificari potest & vult: (*i Cor.* VI. 20.) patet utique, *Religionem*, sive *cultum Dei*, variis absolvitibus mentis & corporis, erga Deum exercitis. (r)

31. Qui

Lib. I. *Cap.* I. *Sect.* I. **JOANN.**
HENRIC. QUENSTEDT *l. c.* *Par.* I.
Cap. 2. *Sect.* I. **Tbes.** I. **JOANN.**
FORBESIUS A CORSE in *Instruction.*
Histor. *Theolog.* *Lib.* 7. *Cap.* I.
Oper. *Tom.* 2. **JACOB.** RHENFERDIUS
in *Tbesib.* *Theolog.* de *Vitis Dei*, *inser-*
tis, *Miscellan.* *Duisburgens.* *Tom.* 2.
Fasc. 2. *Ait.* 5. **THEODOR.** CRU-
GERUS in *Apparat.* *Theolog.* *Moral.*
Cap. 4. *Sect.* 2. *Speciatim* vocem
Religionis explanarunt **ROBERT.**
STEPHANUS in *Tbesauro Ling.* *Latin.*
Tom. 4. *edition.* **ANTON.** BIRRII. **GER.**

ARD. **JOANN.** VOSSIUS in *Etymologico*
Ling. *Latin.* *Oper.* *Tom.* I. **CHRIS-**
TOPH. AUGUST. HEUMANNUS in
Poicil. *Tom.* 2. *Lib.* 4. *Epist.* II.
Distinctionem inter vocabulorum
τῆς λατερίας, & τῆς δουλείας
usum, quem Pontificii excogita-
runt, Scriptores ad Caput ultimum
indicandi exploserunt.

(r) Actus Religionis fuse expo-
suere *Theologiae Moralis* Au-
tores, & Commentatores in locum
Paulinum *i Cor.* 13. v. 13. In Spe-
cie Cognitionem Veritatum Sa-
lu-

31. Qui Actus, etiamsi varii sint generis & ordinis, non incommodè tamen ad tres veluti classem referuntur, *Eπίγνωσιν Agnitionem Dei, Obsequium, Legibus ejus praestandum, & Fiduciam*, in bonitate & promissis ejus reponendam. Scriptura notat *Fidem, Spem, Charitatem*, *1 Cor. XIII 13.*

32. Ad *Επίγνωσιν* refertur ο δοξασμὸς τῆς *Glorificatio Dei*, & Reverentia, Verbo ejus exhibenda: *Ad Spem, Preces & Vota.*

33. Fundamentum vero omnis *Cultus*, qui Deo defertur à Creatura intelligente, situm est in variis *Relationibus*, quae inter *Deum*, & *Creaturam Intelligentem*, intercedunt (s).

C 3

34. Eti-

Iutarium facere Cultus Divini Partem contra Remonstrantes, & Socinianos ostenderunt. JACOB. TRIGLANDIUS in *Antapologia Cap. 4.* NICOL. VEDELIUS in *Arcanis Arminianismi Lib. 1. Cap. 10.* JOANN. HOORNBEEK in *Socinianism. Confutat. Tom. 1. Lib 1. Cap. 8.* ABRAHAM. HEIDANUS in *zyn Oordeel over de Leere der Remonstranten gevoegt agter zyne Wederlegginge der Remonstrantsche Catechismus.* Adde Scriptores adversus Mysticos, Enthusiastas, Scepticos, Indifferentistas, atque alios. (s) Hominem ad Deum Colen-

dum esse Obsticulum, plurimis, ac stringentibus argumentis commonestrarunt JACOB. TRIGLANDIUS l. c. Cap. 6. JOANN. MELCHIORIS in *Disput. Inaugural. de Obligatione. Naturali inter Deum, & Hominem. Oper. Tom. 2. pag. 341. seq. JOANN. CHRISTIAN. FISCHERUS in *Demonstracione Solida de Obligatione Hominis, ad Religionem Naturalem, & Revelatam.* cui praemisit, *Introductionem de Methodo Demonstrandi Religionem, Hominisque ad eam Obligationem.* TAKO HAOJ VAN DEN HONERT in *de Waaragtige Wegen i Deel. 2 Book. 1 Hoofst. enz. FRANCISC. CASTRELL in* zyne*

34. Etiamsi enim hic non excludam, *summam* Divinae perfectionis *Excellentiam*, quae entia omnia inferiora, ratione praedita, obligat ad eum magnificiendum, & admirandum; quin & celebrandum ac glorificandum: si tamen ea separari posset ab entium inferiorum *dependentia* à Deo, hactenus ea non obligaret ad *gratiarum actionem*, *obsequium*, & *amorem Dei*, quae verac Religionis magnam faciant partem.

35. *Obsequium* enim, Deo debitum, fundatum est in *Dominio*, *Potestate legislatoria*, & *Regno Dei*; Dominium autem, *Potestas legislatoria*, & *Regnum ejus*, in summis *Beneficiis Creationis & Conservationis*, (& in *Oeconomia gratiae, Redemptionis*,) in hominem collatis. Quod Dei Dominium & Regnum, cum sustineant Virtutes, tanto Domino & Rectore dignissimae, Potentiae summae, Aequitatis, Justitiae, Sanctimoniae, & infinita perfectio alia, naturae ejus congruens: universa simul obligant Hominem, cum ad eum glorificandum, agendasque gratias;

tum

zyne Redenvoering over de Zeekerheid, en Noodzaakelykheid van den Godsdienst in 't Allgemeen. in de Uitrekzels van GILE. BURNET: Deel.

226. bladz. enz. SAM. CLARKE in zyne Verbandeling over Gods Staen, en Eigenchappen. 2 Deel. 1 Voorstel.

DE THEOLOGIA &c. 23

tum ad summam *Obsequii humilitatem*, *Apoc.* iv.

II. XV. 4. I Cor vi. 20.

36 Nec tamen haec hactenus absolvunt Religionem, cum Deus coli velit *ex amore & inspe*, quae fundantur in *Bonitate ejus*, & (in Oeconomia Gratiae) in Promissis, Creaturae datis. Cum enim in homine sit naturale, *rectum*, & inextinguibile, aeternae conservationis & summae felicitatis, *desiderium*: Ratio docet, illud bonum à Deo solo expectari posse; & Conscientia, Deum illud veris & constantibus Cultoribus suis praestare velle.

37 Nihil enim certius, quam summam, & gravissimam Rationem, quā homo inducitur ad Deum colendum, ut coli nimirum vult ex puro & integro animi affectu, ab ea petendam esse Dei summā perfectione, qua est *summum Creaturae Intelligenis Bonum*, & *μεծառօդոց τοῖς ἐντεσσιν αὐτοῖς. Heb. xi. 6. Ps. xxv. 8. (t)*

38. Cum

(t) Deum, absque ullo Intuitu, atque Spe Retributionis, & Salutis, esse Colendum, illumque Amorem esse Purum, contenderunt. MICH DE MOLINOS. FRANCISC. DE LA COMBE. JOANN. MAR. BOUVIERES DE LA MOTHE GUION.

FRANCISC. DE SALES. PETR. PORRETUS. GOTTFR. ARNOLDUS. Quietistarum, & Mysticorum Primipili. Quorum Sententiam amplexi sunt ARNOLD GEULINC, & CORNEL. BONTEKOE; praeprimis vero illius patrociuum in se suscepit, ac de-

38. Cum autem multae in Mundo sint Religiones (*u*) falsae: sive error circa ipsum Objec-tum

defendere conatus est FRANCISC. DE SALIGNAC DE LA MOTHE FENELON dans l'Explication des Saints, sur la Vie Interieure, aliisque Scriptis Apologeticis, quae in lucem emisit adversus LOUIS. ANTON. DE NOAILLES. JACOB. BENIGN. BOSSUET. & PAUL. DE GODET DES MARAIS. Scripta haec eristica recensentur in Actis Eruditorum A. 1698, & 1699. ut & a JOANN. PETRO NICERONE in vita FENELONII Oper. Version. German. Tom. 14. pag. 5. seq. & in vita BOSSUETI Tom. 3. pag. 214. seq. In Gallia non solum inter memoratos Praefules, de Amore Dei, disceptatum est; sed quoque inter FRANCISC. LAMYUM Sententiae FENELONII Fautorem, in libro de la Connoissance de Soi meme: & dans Lettres pour Repondre a la Critique du R.P. MALEBRANCHE: & inter NICOL. MALEBRANCHIUM dans Traite de l'Amour de Dieu, en quel sens il doit etre De l'intereſſe: nec non inter LUDOV. ELL. DUPINUM dans Traite Philosophique, & Theologique sur l'Amour de Dieu: & dans Continuation du Traite de l'Amour de Dieu: atque AUCOREM Opusculi, cui titulus Denunciation du Traite Philosophique. Qui plura de hac Controversia, & vero Dei Amore, scire avert, legat JOANN. WOLFGANG. JAEGERUM

de Cura Ecclesiae Veteris circa Cano-
nem Scripturæ S., & Conservandam
Codicum Puritatem, Cap. 4. PETR.
WESSELINGIUS in Differt. de Euan-
geliis Jussu Imp. Anastasi non Emen-
datis, in Victorem Turonensem; sub-
juncta Diatr. de Judaeorum Archon-
tibus. JUST. WESSEL. RUMPAEUS
in Commentat. Critic. ad Libros Nov.
Test. § 8, & 41. FRIDERIC. PHIL-
IPP. SCHLOSSER in Vindicatione
Nov. Fod. Locorum ex Libris Hi-
storicis, quorum Integritatem JER.
MARKLANDUS Correctionibus, quas
fuis in Lysiam Conjecturis Inspec-
tit, Suspectam Reddere non Dubita-
vit. Adde Opera Elencticorum
adversus JOANN. TOLANDUM, RI-
CHARD. SIMONEM, ANTON. COL-
LINUM, GUILIELM. WHISTONUM,
eorumque adseclas in lucem
emissa.

(q) De

DE SCRIPTURA SANCTA 91

fideique nostrae turbant rationes ; deinde etiam, si quid in levioribus vitii haereat, (*litera* hic illic mutata , superflua , aut deficiente) facile ex Variantibus Scripturae Lecti-
onibus, quod affectum est, integritati suae re-
stitui poterit.

50. Variantium autem Lectionum Scrip-
ture nomine intelligimus , quod ad V. T.
Libros Sacros Bibliorum ejusdem argumen-
ti ; Masorethicas Observationes *Keri & Ce-
thif*, usus necessarii & egregii ; Versionem
Graecam ^{τῶν} & Pentateuchum Samaritanum
(q): Quod ad N. T. Editiones Praestantio-
res

M 2

(q) De Variantibus Lectionibus Prolegomenis in *Biblia Polyglotta*
Vet. Test, earumque Variis Fon- Proleg. 6. & 8. JOANN. HENRIC.
ibus, Speciebus, Usu, & Abusu HOTTINGERUS in *Thesauro Philolo-
differuerunt, & disputarunt SIX- gico Lib. 1. Cap. 3. Sect. 4. pag.
PIN. AMAMA in *Commentat de Keri,* 415. seq. JOANN. LEUSDEN in *Phi-
& Chetib*, quae exstat in *Anti-Bar- lologo Hebraeo* *Dissert.* 23. seq.
baro Biblico Lib. 3. pag. 462. seq.
UDOV. CAPPELLUS in *Critica Sa- MATTH. HILLERUS de *Arcano Ke-*
tra:* ejusque antagonista JOANN. *tibib*, & *Keri*. AUCTOR *Observat.* S.
BUXTORPIUS F. in *Anticritica IACOB.* Lib. 3. Cap. 14. seq. de *Variantibus*
JESSENIUS in *Epistola ad LUDOV.* *Lectionibus* נ, & י. JOANN.
CAPPELLUM, adnexa ejus *Syntagma- ANDR. DANZIUS in *Literatore E-
di 70 Interpretum Versione pag. braeo-Chaldaeo* Cap. 1. item in *Sin-
99. seq. & GUILIELM. EYRIUS in ceritate Scripturae Vet. Test. Prae-
Epistola ad USHERIUM ibid. pag. valente Keri Vacillante: ut & in
21. seq. ARNOLD. BOOTHUS in Sinceritate S. S. Vet. Test. Eluctan-
Indicis, seu Apodixi pro Hebraica te. FRANCIS TEPREGI in *Dissert.*
Veritate. BRIAN. WALTONUS in *Philolog. - Theolog. de Authentia Se-*
lectorum Cetibim. JOANN. CHRIS-
TOPH.***

92 CAPUT SECUNDUM

res ipsius Codicis Graeci, & Versiones antiquissimas, Latinam & Syriacam (r).

51. Ne-

TOPH. WOLFIUS in *Bibliotheca Hebraea* Par. 2. Lib. 3. JOANN. GOTTL. CARPOV.US in *Critica S. Vet. Test.* Par. 1. Cap. 7. ALBERT. SCHULTENS in *Institutionibus*, ad *Fundamenta Linguae Hebraeae Sect.* 2. § 25. pag. 95. seq. ejusque FILIUS JOANN. JACOB. SCHULTENS in *Dissert. Academic. de Utilitate Dialectorum Orientalium*, ad *Tuendam Integritatem Codicis Hebraei*. GOTTL. FRIDERIC. GUDIUS in *Dissert. Critic. pro Hilleriana Sententia de Origine, & Sensu τὸν Κτίν, & Κρι*, inserta *Miscellaneis Lipsiensibus Novis Vol. 5. Par. 3.* GUSTAV. GEORG. ZELTNERUS in *Enneade Quaestionum Philologiarum Quaest. 9.* BENJAM. KENNICKOT in *Dissert. super Ratione Textus Hebraici* Par. 2. JAQUES BASNAGE dans *l'Histoire des Juifs Tom. 2. Chapt. 9.* HENRIC. AINSWORTH. ad calcem Adnotationum in *Pentateuchum*, ex *Anglicano idiomate Belgice editarum* pag. 881. seq.

(r) Quod ad Variantes Lectiones Nov. Test. adtinet, de iis (ne iterum memorem loca apud CROIUM, GLASSIUM, WALTONIUM, LEUSDENIUM, MILLIUM, WHITBYUM, PFAFFIUM, RUMPAEUM supra adlata) consuli queunt JOANN. LOMEIERUS *Dierum Genitium Decade 1. Dissert. 4.* JOANN.

LUDOV. FREY in *Dissert. de Variis Lectionibus Nov. Test.* JOANN. GEORG. PRITIUS in *Introductione in Lectionem Nov. Test. Cap. 29.* & CAROL. GOTTL. HOFMANNUS in *Notis. G. D. T. M. D.* (sub his literis latitare traditur GERHARD. VAN MASTRICH) in *Prolegomenis*, praemisis editioni Nov. Test. a HENRIC. WETSTENIO, luci exposita A. 1711. ANTON. BLACKWALLUS in *Autoribus Sacris Classicis Defensis, & Illustratis Tom. 2. Par. 3.* JOANN. ALBERT. BENGELIUS in *Apparatu Critico*, subjuncto ejus editioni Novi Testamenti Graeci. CHRISTIAN. BENEDICT. MICHAELIS in *Tractatu Critico de Variis Lectionibus Nov. Test. caute Colligendis, & Dijudicandis.* JAQUES LENFANT dans *Preface Generale sur le Nouveau Testament* pag. 190. seq. Videantur adhuc Virorum Doctorum Judicia, nec non Opera evulgata contra JOANN. JACOB. WETSTENII *Prolegomena ad Nov. Test. Editionem Accuratissimam:* nec non ejus *Novum Testamentum Graecum cum Lectionibus variantibus*, nuper publicijuris factum. Denique adeundi Eruditii, qui de Novi Testamenti Codicibus Manuscriptis, & Impressis egerunt; ut & Editores Novi Testamenti cum Variantibus Lectionibus, quos praepter WETSTENIUM.

DE SCRIPTURA SANCTA 93

51. Nemo tamen his feliciter utatur, qui ingenium suum, in hoc studii genere, jam ante non diligenter excollerit: & in universum praesumendum est, Lectionem Masorethicam Codicis Hebraei, punctis vocalibus hoc tempore suffultam, multo esse puriorem, & saniorem Lectione Codicis Graeci, aut Samartani.

52. Scriptura haec, non alium in finem, a Deo, tam *perfecte*, & *perspicue* tradita est Ecclesiae, & in hunc usque diem, tam singulari cura Divinae Providentiae, conservata, quam ut illi omnes, qui Ecclesiam constituunt, eam *legerent* & *intelligerent*. quae sunt inter CONSEQUENTIA Scripturae RELATIVA. Deut. vi. 6. 7. Luc. XVI. 29. Actor. XVII. II. Col. III. 16 (s).

M 3

53. Le-

c. aliosque percensuit JOANN. ALBERT. FABRITIUS in Bibliotheca Graeca Tom. 4. Lib. 4. Cap. 5. § 16.

(s) Pandectas S. ab Omnibus sine Discrimine, Laicis aequa ac Clericis, sine Permissu Sacerdotis, Necesario Legendas esse, aduersus Romanae Ecclesiae adseclas (qui lectionem Verbi Divini indoctis interdicunt) monstrarunt DAN. CHAMLE-

RUS in Panstratia Catolica Tom. I. Lib. 10. ANDR. RIVETUS in Iagoge Cap. 13. JACOB. USSERIUS in Historia Dogmatica de Scripturis, & Sacris Vernaculis. ac HENRIC. WHARTON in Auctario Historiae Dogmaticae. SAM. BASNAGIUS in Exercitationibus Historico-Criticis ad A. 35. Num. 28. pag. 128. seq. MARTIN. CHLADENIUS in Differt.

94 CAPUT SECUNDUM

53. Legenda vero Scriptura tota est, neque
Vetus Testamentum a Novo divellendum,
contra quam Sociniani vellent. *Luc. xxiv. 27.*
Act. xviii. 28 (t)

54 Scrip-

de Lectione S. Scripturae, Omnibus Hominibus Libera. PIERRE DU MOLIN dans *Nouveau du Papisme* Liv. 1. Chap. 58. seq. SAM. DESMARETS dans la Chandelle, *Mise sur le Boisseau*, par le Clerge Romain: ut & dans Reponse Facile, & Peremptoire a l'Argument Pretendu Invincible, touchant la Lecture des Saintes Lettres en Langue Vulgaire. JAQUES BASNAGE dans l'*Histoire de l'Eglise* Tom. 1. Liv. 9. Chap. 1. seq. item dans l'*Histoire de la Religion des Eglises Reformees* Tom. 5. Chap. 4. seq. SIXTIN. AMAMA in de Bybelsche Conferentie Cap. 3. des *Voorredens*. Adde Scriptores mox adducendos, de Necessitate ad Scripturam S. in Linguas Vernaculae Transferendam. Protestantes non Solum, at quoque nonnulli ex Romanae Ecclesiae addictis, ac in primis Jansenistae volunt, Omnibus promiscue Lectionem Oraculorum Divinorum concedendam esse: ut CORNEL. LAPIDE in *Proemio in 12 Prophetas Minores*. MICH. MAROLLUS in *Praefatione Nov. Test. Gallico idiomate evulgati*. ANTON. ARNAULD dans *Defense des Versions, de l'Ecriture Sainte, & dans Difficul-*

tes Proposees a MR. STEYART touchant la Lecture de l'Ecriture Sainte en Langue Vulgaire. PASCHAS. QUESNELLIUS dans l'*Abrege de la Morale de l'Evangile*. Liber hic a Papa CLEMENTE 11. in famosa Bulla *Unigenitus vocata*, proscriptus, atque QUESNELLII sententia damnata est num. 79. seq. Adi, sis, de hac re JOANN. WOLFGANG. IAEGERUM in *Historia Ecclesiastica Seculi 18. Decad. 1. Lib. 9. Cap. 1. Sect. 18.* CHRISTIANUS LOEBERUM in *Defensione Doctrinae Orthodoxae, de Omnibus Concedenda Scripturae S. Lectione, Occasione Bullae Anti-Quesnelliæ*, quae prostat in *Miscellaneis S. JOANN. FRANCISC. BUDDEI Par. 3. pag. 281. seq.* Praeterea confer Scriptores de Jansenismo, ac Bulla memorata, quos suppeditabit CHRISTIAN. FEUSTELIUS in *Miscellaneis Sacris, & Eruditis, pag. 580 seq.* JOANN. GEORG. WALCHIUS in *Bibliotheca Theologica Selecta Tom. 2. Cap. 5. Sect. 18.* Adde, quae de vera Concilii Tridentini sententia circa Lectionem Scripturæ S. observavit PIERRE FRANCOIS LE COURAYER dans *l'Examen des Defauts Theologiques Tom. 2. Sect. 9.*

DE SCRIPTURA SANCTA 95

54. Scriptura legi non potest ab omnibus, qui Ecclesiam efficiunt sub Novo Fœdere, nisi vertatur in Linguis vernaculaſ, quarum proinde versionum necessitas per ſe patet. *Zeph. IIII. 9 Matth. XXVIII. 19 (u).*

55. Inter quas negligendae non ſunt *Versio
tauſ i. & Vulgata Latina (x)*, quod ad majorem
par-

9. Chap. 5. Art. 6. Paraphr. I. § 2.

(i) Vetus Testamentum, hodie ſub Novo Testamento, Necessario Legendum, atque Normam Fidei, Morumque eſſe, adverſus Anabaptistas, & Socinianos plurimis, adſtruixerunt argumentis ANDR. RIVETUS in *Isagoge Cap. 30.* JOANN. CLOPPENBURGIUS in *Gangraena Theologiae Anabaptisticae Par. 3. Disput. 4. Oper. Tom. 2. pag. 199. seq.* JOANN. HOORNBEEK in *Socinianismo Confutato Tom. I. Lib. 1. Cap. 4. Controv. 4.* FRIDERIC. SPANHEMIUS P. in *Disputationibus Anti-Anabaptisticis Disput. 2. in Syntagma Disputat. Theolog. Par. 2. pag. 53. seq.* JACOB. ALTINGIUS in *Oratione. Heptade 9 Orat. 4. Oper. Tom. 5. pag. 296. seq.*

(u) Codicem S. e Linguis Originalibus, in Linguis, Populis Singulariſ Vernaculaſ, Necessario Vertendum eſſe, contra Pontificios ostenderunt GUILIELM. WHITAKERUS Oper. Tom. I. Controvers. I. Quæſt. 2. Cap. 13. seq. DAN. CHA-

MIERUS l. c. Lib. II. ANDR. RIVETUS in *Isagoge l. c. & in Catholicico Orthodoxo Quæſt. 5.* LUDOV. CAPPELLUS in *Theſib. Theolog. de S. Bibliorum Versionibus Thes. Salmur. Par. I.* LUDOV. LE BLANC in *Theſib. Theolog. de Versionibus Scripturaræ Vulgaribus, & Vernaculis Thes. Theolog. pag. m. 136. seq.* JACOB. USSERIUS & HENRIC. WARTHON l. c. CHRISTIAN. KORTHOLTUS in *Tractatu de Textu Bibliorum in Linguis Vulgo Cognitis.* SIXTIN. AMA-MA l. c. Cap. 3. enz.

(x) Generatim de Versionibus Codicis S. earumque Autoribus, Valore, Uſu, atque Abusu commentati ſunt ANDR. RIVETUS in *Isagoge Cap. 9.* JOANN. HENRIC. HORTINGERUS in *Theſauro Philologico Lib. I. Cap. 3. Sect. 1. seq.* item in *Bibliothecario Quadripartito Par. 2. de Theologia Biblica Lib. I. Cap. 3. nec non in *Difſert. de Translationibus Bibliorum in Linguis Vernaculaſ*, quæ exſtat in *Fasciculo Difſertat. Theolog.-Philolog. sub-**

96 CAPUT SECUNDUM

partem ab Hieronymo instructa: quas tamen nimia veneratione prosequuntur Pontificiae sectae Homines.

56. Quin

subjunctio Historiae Creationis. LUDOV. CAPPELLUS in Critica S. Lib. 4. seq. ejusque adversarius JOANN. BUXTORIUS F. in Anticritica Lib. 1. Cap. 8. BRIAN. WALTONUS in Prolegomenis in Biblia Polyglotta Proleg. 5. JACOB. ALTINGIUS in Dissert. de Versionibus S. Scripturae. Heptade 7 Dissert. 2. Oper. Tom. 5. pag. 198. seq. JOANN. LEUSDEN in Philologo Hebraeo. Dissert. 1. Sect. 2. & in Philologo Hebraeo-Graeco Dissert. 7. seq. CHRISTIAN. KORTHOLTUS in Troctatu de Variis Scripturae Editionibus Cap. 3. seq. HUMFR. HODIUS de Bibliorum Textibus Originalibus Lib. 3. & 4. JOANN. MILLIUS in Prolegomenis in Nov. Test. Par. 2. JOANN. ALBERT. FABRITIUS in Biblioteca Graeca Tom. 4. Lib. 4. Cap. 5. pag. 188. seq. JOANN. CHRISTOPH. WOLFIUS in Biblioteca Hebraea Par. 2. Lib. 2. JOANN. GOTTL. CARPOVIUS in Critica S. Vet. Test. Par. 1. Cap. 2. & Par. 2. Cap. 1. seq. JU-T. WESSEL. RUMPAEUS in Commentatione Critica ad Libros Nov. Test. § 50. ANDR. GEORG. WAEMNERUS in Antiquitatibus Ebraeorum Vol. 1. Sect. 1. Cap. 37. seq. HENRIC. BENZELIUS in Dissert. sub ejus praefatio habita de Antiquis Bi-

bliorum Versionibus, quae inserta est ejus Syntagmati Dissertationum Dissert. 17. JAQUES LENFANT dans Preface Generale sur le Nouveau Testament. pag. 209. seq. E Pontificiis hoc de argumento legi queunt JOSEPH. DE VOISIN in Observationibus in Proemium Pugionis Fidei RAIMUNDI MARTINI pag. m. 140. seq. JACOB. LE LONG in Biblioteca Sacra. RICHARD SIMON dans l'Histoire Critique du Vieux Testament. Liv. 2. Chap. 1. seq. & dans l'Histoire Critique des Versions du Nouveau Testament. ELLIES DU PIN dans Dissertation Preliminare sur la Bible Tom. 1. Liv. 1. Chap. 5. seq. & Tom. 2. Liv. 2. Chap. 4. Qui plura desiderat, audeat Auctores, quos enumerarunt Eruditia JOANN. CHRISTOPH. KOECHERO in Conspectu Theologiae Universae Cap. 6. §. 123. adducti.

Speciatim.

I. Pentateuchi Samaritani Ori-
ginem, atque Auctorem indaga-
runt, ut & de illius Auctoritate
disceperunt JOANN. MORINUS,
ejusque antagonista SIMEON DE
MUR. Horum Scripta controversa
exhibet JOANN. PETR. NICERON
in Vita MORINI, Versionis Germa-
nicae Tom. 9. pag. 38. seq. Prae-
terea

DE SCRIPTURA SANCTA 97

56. Quin sane manifesta ratio utilitatis rei Christianae exigit, ut semper liberum maneat
N in

terea MORINO, LUDOV. CAPPELLO,
ISAACO VOSSIO, GUILIELM. WHISTONI,
aliisque Codicis Samari-
tani patronis se opposuerunt JOANN.
HENRIC. HOTTINGERUS, ARNOLD.
BOOTIUS, JOANN. BUXTORFIUS F.
& eorum adseclae. Horum, atque
illorum opera praeter WOLFIIUM
l. c. indicavit JOANN. GOTTL.
CARPZOVIUS in *Critica S. Vet. Test.*
Par. 2. Cap. 4. pag. 585. seq. in *Notis.*
& Par. 3. Cap. 6. Evolve adhuc
Historiae Ecclesiasticae Editores;
nec non Chronologos, qui de Pe-
riodis Annorum, a Mundo Condi-
to ad Diluvium, & a Diluvio ad
Exitum Abrahami ex Ure Chal-
daeorum, commentati sunt. Deni-
que hac de re adi, sis, Philolo-
gos, qui quaestionem tractarunt:
an Hebrei olim, ante Captivita-
tem Babyloniam, Charactere Sa-
maritano; an vero Quadrato illo,
quo Codex Vet. Test. hodie ex-
ratus est, usi fuerint.

II. De Paraphrasibus Chaldaicis
(quibus Judaei sere divinam tri-
buunt auctoritatem, ac imprimit
Targumim Onkelosi, & Jo-
nathanis) egerunt Viri Docti,
quos percensent THOM. CRENIUS
in *Annotationibus ad DAN. CRA-
MERI Iudicium de Tikkun Soprim.*
quod inseruit Fasci 2. Exercitat.
Philolog.-Histor. pag. 170. seq. Jo-

ANN. GOTTL. CARPZOVIUS l. c.
Par. 2. Cap. 1. pag. 430. seq. in
Notis. Auctoriibus ibi allegatis
adjunge JOSEPH. DE VOISIN l. c.
pag. 143. seq. LUDOV. CAPPELLUM
l. c. Lib. 5. Cap. 2. JOANN. BUXTORFIUM l. c. Par. 2. Cap. 10.
ISAAC. VOSSIUM in *Dissert. de Tran-
slatione* 70 *Interpretum* Cap. 28.
JOANN. OWENIUM Θεολογουμένων
Lib. 5. Digress. 3. AUCTOREM in Ar-
cibisynagogō Cap. 13. CHRISTOPH.
HENRIC. ZIEBICHUM in *Dissert. de*
*Chaldaicarum Vet. Test. Parabra-
fum apud Iudeos Auctoritate.*

III. Ingens est Scriptorum seges
circa Versionis Graecae Septua-
ginta Interpretum Historiam, olim
ab Aristaea concinnatam, atque
Translationis 70 Viralis Auctores,
Tempus, Auctoritatem, Usum,
atque Quaestionem: num hodier-
na diversa sit a veteri. Horum
Scriptorum cum modo laudatus
CARPZOVIUS l. c. pag. 481. seq. in
Notis quoque Syllabum dederit,
nonnullos ab eo non adductos, nec
non loca Auctorum citatorum ibi
non memorata quaedam addam.
Ut GUILIELM. WHITAKERUM Oper.
Tom. 1. Controv. 1. Quaest. 2. Cap.
3. DAN. CHAMIERUM in *Pansratia*
Catholica Tom. 1. Lib. 13. HENRIC.
VALESIUM in *Epistola ad JACOB.*
USSERIUM de *Versione* 70 *Interpre-
tum,*

98 CAPUT SECUNDUM

in Ecclesia, quascunque versiones modeste, ad authenticum textum, expendere: eamque ob
cau-

tum, adnexa Tom. 1. Ecclesiasticae Historiae Eusebii Pampibili novissimae editionis pag. 786 seq. LUDOV. CAPPELLUM l. c. Lib. 4. JOANN. BUXTORFIUM F. l. c. Par. 2. Cap. 8. JOANN. LIGHTFOOTUM in *λειψάνοις de Rebus ad τῶν ὁ Versionem Graecam Spectantibus Oper. Postbum.* pag. 1. seqq. AUCTOREM in *Arctisynagogo Cap. 7.* pag. 114. seqq. & de *Synagoga Veteri Lib.* 3. Par. 2. Cap. 7. pag. 950. seqq. JOANN. ALBERT. FABRITIUM in *Dissert. de Numero Septuagenario § 16.* quae exstat in *Sylloge Opusculorum pag. 127.* seqq. ANONYMUM J. S. S. in *Observatione ad HUMFR. HODII Lib. 2.* de Versionibus: ut & in *Animadversionibus in 70 Versionem,* insertis ab CONRAD IKE-NIO Symbolarum Literiarum Tom. 2. Par. 1. Art. 6. MARTIN. FRISIUM in Demonstratione Exegetica de Nonnullis valde Notatu Dignis Modis, quibus *Vet. Test. in Nov. Adlegatur.* Praecipue de Graeca Versione 70 Interpretum, quatenus in Nov. Foed. interdum Citatur. JOANN. JACOB. BREITINGERUM in Prolegomenis, quae praemisit editioni Versionis 70 Interpretum, ubi quoque JOANN. PEARSONI Praefatio Paraenethica de hac Translatione legitur. AUGUSTIN. CALMETUM in Prolegom. & *Dissert. in*

S. Scripturam Tom. 2 pag. 381. seq. JOANN. GEORG. GERETUM in *Commentat. Histor.-Critic. de Causis Discrepaniarum Versionis 70 a Textu Originali.* CHRIST. ERNEST. MEERHEIMIUM in *Commentat. Histor.-Critic. de 70 Interpretum Graeca Versione.*

Memorandi adhuc sunt de hac celeberrima Translatione Auctores sequentes.

1. Elenctici, qui Graecis Hodie, Versionem hanc magnopere extollentibus, imo, si nonnullis fides habenda sit, auctoritatem canonicam tribuentibus, se opposuerunt, quos suo loco exhibeo.

2. JOANN. MORINUS, in *Praefatione Editionis Versionis 70 Viralis,* ab eo evulgatae, contendit Textum Hebraeum corruptum, atque Translationem Graecam illi preferendam esse. Hunc refutarunt FRANCISC. TAYLERUS, & ARNOLD. BOOTIUS (licet hic nomen suum non addiderit) in *Examine Praefationis MORINI in Biblia Graeca, de Textus Hebraici Corruptione, & Graeci Auctoritate.* Adde Opera adversus MORINUM edita, quorum quaedam supra in medium adtuli.

3 ISAAC. VOSSIUS in *Dissert. de Vera Aetate Mundi,* nec non in *Diss.*

DE SCRIPTURA SANCTA 99

causam studium Linguarum, Hebraeae & Graecae, impense commendetur.

N 2

57. Idem

Dissert. de Septuaginta Interpretibus, eorumque Tralatione, & Chronologia, hujus Versionis Deutorevisiā adstruere, atque adversus objectiones Adversariorum defendere ad laboravit in Castigationibus ad Objecta GEORG. HORNII: in Epistola ad ANDR. COLVIMUM: in Responsione ad CHRISTIAN. SCHOTANUM: in Appendice ad Librum de Interpretibus continente Responsione ad Objecta Aliquot Theologorum: ut & in Appendice Observatiōnū ad Pomponium Melam, aliisque Scriptis Apologeticis, quorum inox mentionem faciam. Sublestis hanc sententiam nisi fundamentis, solide demonstrarunt GERC. HORNIUS in Dissert. de Vera Aetate Mundi: item in Defensione Dissert. de Vera Aetate Mundi contra Castigationes ISAAC. VOSSII; nec non in Auctuario Defensionis de Vera Aetate Mundi. JOANN. COCCEIUS in Praefatione de Fide Sacrum Codicum Hebraeorum, ac Versione 70 Interpretum; atque in Defensione Altera Hebraici Codicis adversus Appendicem Hagiensem Libri de 70 Interpretibus: quae praefixae sunt Considerationi Judaicarum Responsionum, & Quæstionum. Oper. Tom. 8. ANTON. HULSIUS in Autentia Absoluta S Textus Hebrei Vindicata, contra Criminaciones ISAAC.

VOSSII, cum Epistolis binis, una ad COLVIMUM, altera ad VOSSIUM. CHRISTIAN. SCHOTANUS in Bibliotheca Historiae S. Vet Test. Tom. 1. de Prima Aetate Mundi pag. 174. seq. & de Secunda Aetate Mundi pag. 170. seq. praeterea in Diatr. de Auctoritate Versionis Graecae 70 Interpretum contra ISAAC. VOSSIUM. ANTON. VAN DALE in Dissert. super Aristaea. In Belgio non solum nostro, sed quoque aliis Regionibus Eruditi contra VOSSIUM dimicarunt, illumque profligarunt, ut in Anglia ROBERT. BAILIUS in Opere Histor. & Chronolog. Lib. 1. Cap. 2. seq. & in Addendis. nec non HUMFR. HODIUS in Dissert. contra Historiam Aristae de 70 Interpretibus: item Lib. 1. de Bibliorum Textibus Originalibus. In Germania AEGID. STRAUCHIUS in Dubiis Historicis, & Chronologicis, quae prostant Fase 2 Exercitat. Philolog.-Histor. THOM. CRENIUS pog. 33. seq. ubi hujus notas subnexas inspice. MATTH. WASMUTHUS in Vindictis Sacrae Hebraeae Scripturæ. VALENT. ERNEST. LOSCHERUS de Causis Linguae Hebraeæ Lib. 1. Cap. 13. In Gallia RICH. SIMON, cuius Scripta cum VOSSI Responsis indicat JOANN. FRANCISC. BUDDEUS in Iagoge Histor.-Theolog. ad Theogiam Uni-

ver-

100 CAPUT SECUNDUM

57. Idem plurimum faciet ad Scripturam
Sanctam recte intelligendam, & interpretandam,
hoc

versam Tom. 2. Lib. 2. Cap. 8. § 3.
pag. 1446. seq. Postremo eodem in
Regno JOANN. MARTIANAEUS in
Operibus mox citandis.

4. PAUL. PEZRON dans l'Antiquite des Temps Retablie, & Defense contre les Juifs, & les Nouveaux Chronologistes: ut & dans Defense de l'Antiquite des Temps. Codicem Hebraeum corruptionis accusat, & in chronologia Vet. Test. conficienda Versionem Graecam sequendam esse censet. Huic obviam iverunt, eumque refutarunt praeципue duumviri JEAN. MARTIANAY dans Defense du Texte Hebreu, & de la Chronologie de la Vulgate, contre le Livre de l'Antiquite des Temps Retablie, & dans Continuation de la Defense du Texte Hebreu, & de la Vulgate, contre ISAAC VOSSIUS Protestant, & contre les Livres du P. PEZRON: item dans Relation, de la Dispute de l'Auteur du Livre de l'Antiquite des Temps Retablie contre le Defenseur du Texte Hebreu, & de la Vulgate. Alter PEZRONII antagonista fuit MICH. LE QUIEN dans Defense du Texte Hebreu, & de la Version Vulgate: nec non dans Reponse au Defense de l'Antiquite des Temps.

5. GUILIELM. WHISTONIUS in Libro Anglice edito, cui titulus

Tentamen, Tradens Modum Restituendi Genuinam Vet. Test. Textum, & Vindicandi, Citationes inde in Nov. Test. Factas. cauſsam Versionis Graecae quoque egit, contra Textum Originalem Vet. Test. At illius argumenta enervavit JOANN. GOTTL. CARPOVIUS l. c. Par. 3. aliique, quos suppeditabit CHRISOPH. MATTH. PFAFFIUS in Introductione in Historiam Theologiae Literariam Par. 2. Lib. 3. § 8.

6. Insuper praeter Commentatores ad Genes. Cap. 5, & 11. & Luc. Cap. 3. v. 36. nec non Historiae Ecclesiasticae Scriptores Vet. Test. de Auctoritate hujus Versionis, consuli merentur Viri Docti, qui de Chronologia Vet. Test. ac in primis, qui de Cainane, cuius l. c. Genes. in Graeca Versione, ac a Luca l. c. mentio fit, differuere.

Denique alios hujus Versionis fautores, & patronos memorat PAUL. COLOMESIUS Oper. pag. m. 447. seq. & pag. 824. seq.

IV. Praeter hanc Versionem 70 Interpretum, Versiones Graecae ab Aquila, Symmacho, Theodotione, ac Tribus Anonymis sunt compositae, quarum fragmenta prostant in Hexaplis Origenis. De his

DE SCRIPTURA SANCTA 101

hoc est, verum Scripturae sensum assequendum;
& ex textu eruendum (y).

N 3

58 Per

his Translationibus (ut omittam
Historiae Ecclesiasticae, atque
Historiae Literariae Scriptorum
Ecclesiasticorum Editores) videan-
tur Auctores a JOANN. ALBERT.
FABRITIO in Biblioteca Graeca
Tom. 2. Lib. 3. Cap. 12. § 8. seq.
& IOANN. GOTTL. CARPZOVIO l.
c. Par. 2. Cap. 3. pag. 553. in Ad-
notationibus, adlegati.

V. Novum Testamentum trans-
latum est in Linguam Graeco-
Barbarem, aliasque linguas, quas
recensuerunt, atque illustrarunt
JOANN. ALBERT. FABRITIUS l. c.
Tom. 4. Lib. 4. Cap. 5. § 17. alii-
que, quos supra exhibui.

VI. Versionis Vulgatae Latinae
multiplices errores ostenderunt,
atque illam minime esse Authen-
ticam demonstrarunt contra Pon-
tificos (licet cordatores ex hac
Secta melius sentiant) qui hanc
fovent sententiam secundum De-
cretum Synodi Tridentinae 4 Ses-
sionis. *Insuper eadem Sacro Sancta
Synodus considerans, non parum uti-
litatis accedere posse Ecclesiae Dei,*
si ex multis Latinis Editionibus,
*quae circumferuntur, Sacrorum
Librorum, quaenam Autentica
babenda sit, innotescat, statuit,*
*& declarat, ut haec ipsa Ve-
tus, & Vulgata Editio, quae*
longo tot seculorum usu in Ecclesia

*ipsa probata est, in publicis Lectio-
nibus, Disputationibus, Praedicatio-
nibus, aut Expositionibus, pro Au-
tentica Habeatur, & quod eam
Nemo Rejicere quovis Praetextu Au-
deat, vel Praefumat. GUILIELM.
WHITAKERUS l. c. Cap. 6. seq.
THOM. JAMESIUS in Bello Papali:
sive Concordia Discordi SIXTI 5. &
CLEMENTIS 8. circa Hieronymianam
Editionem. DAN. CHAMIERUS l. c.
Lib. 14. MARTIN. CHEMNITIUS in
Examine Concilii Tridentini ad 2
Decretum 4 Sessionis. GUILIELM.
AMESIUS in Bellarmino Enervato
Tom. 1. Lib. 1. Cap. 3. SIXTIN.
AMAMA in Censura Vulgatae, at-
que a Tridentinis Canonizatae Ver-
sionis 5 Librorum Mosis, quae le-
gitur Tom. 1. & 2. Criticorum S:
nec non in Anti-Barbaro Biblico:
postremo in Libro Belgico, cui
titulus Bybelsche Conferentie, in 't
7 Cap. des Voorredens. ANDR. RI-
VETUS in Iagoge Cap. 11. ABRAHAM
RAMBURTIUS in Disput. Theolog. de
Auctoritate Vulgatae Veteris Latinae
Interpretationis. Disputat. Sedanens.
Tom. 2. LUDOV. LE BLANC in The-
sb. Theolog. de Auctoritate Vulgatae
Versionis Latinae. Theb. Theolog.
pag. 142. seq. JOANN. CHRISTOPH.
WAGENSELIUS in Telis Igneis Sata-
nae Tom. 1. pag. 522. seq. JOANN.
HOORNBECK Miscellaneorum S. Lib.*

2.

58. Per *sensum S.* Scripturae intelligitur sententia, aut veritas, quam voces sacri *textus,*

2. Cap. 24. Sect. 3. JOANN. HENRIC. HEIDEGGERUS in *Tumulo Concilii Tridentini* Tom. 1. pag. 149. seq. JOANN. GOTTL. CARPZOVIVS l. c. Cap. 6. Addi insuper possunt notata a PIERRE FRANCOIS LE COURAYER dans *Notes de l'Histoire du Concile de Trente Ecrite par FRA-PAOLO* Tom. 1. Liv. 2. § 51. item dans *Defense de la Nouvelle Traduction de l'Histoire du Concile de Trente* § 2. pag. 117. seq

VII. De Versionis Belgicae Novae (ut praetermittam Auctores de Translatione Veteri, quorum solum in prasenti memorasse contentus ero SIXTIN AMAMAM in Libro Belgice exarato, ac inscripto Bybelische Conferentie.) Occasione, Auctoris, Revisoribus, Tempore, atque Modo, evolvantur Acta Synodi Nationalis Dordrechtae Session. 6. seq. Vita ANTON. WALLAEI Operibus ejus praemissa. JOANN. LEUSDEN in *Dissert. de Nova Versione Belgica*, quae exstat in Phylologo Hebraeo-Mixto. *Dissert.* 10. JUL STERRINGA in Praefatione Animadversionum Philogico-Sacrarum: atque in Animadversionibus ipsis differit de Superfluis, Omissis, & Mutandis in Versione Belgica Pentateuchi. JOANN. FABRITIUS in *Historia Bibliothecae Fabritianae* Par. 1. § 15. pag. 36. seq. HENRICH.

LUDOLFF. BENTHEMS *Hollandischer Kirch- und Schullenstaat* I Theil. 7 Capitt. 5 §. enz. ISAAC. LE LONG in *de Boek zaal der Nederduitsche Bybels* 2. Afdeel 8 § enz. Adhuc consule, sis, JOANN. HALSIMUM in *Historia Concilii Dordraceni, Epistola* 2. pag. 201. seq. & JOANN. LAURENT. MOSHEMIUM in *Observationes non Anonymum N. N. in Epistolica Narratione eorum, quae in Synodo Dordracena Gestae sunt, inserita Praestantium, ac Eruditorum Epistolis Ecclesiast. & Theolog. pag. 514.* seq. In Belgio nostro, de Autoritate Versionis patriae, inter se dimicarunt SAM. MARESIUS in *Tractatu de Afflito Statu Studii Theologici* pag. 25. seq. atque ejus adversarius ALHARD. DE RAADT in *Apologia Veritatis* § 44. seq. ut & MELCHIOR. LEYDEKKER in *Face Veritatis Loc. 2. Controvers.* 5. cui se opposuit PETR. ALLINGA in *Face Dissidii Extincta Cap. II. aliisque.*

Haec de Translationibus, cum Antiquioribus, tum Recentioribus, sufficient, cum reliquias in medium adferre nimis longum foret, atque illas enumeraverint Viri Docti, qui de Versionibus generatim egerunt, quorum nonnullos supra adlegavi.

(y) Veram Rationem Oraculorum Divinorum Sensus Investigandi,

DE SCRIPTURA SANCTA 103

textus, in vero suo significatu, ac circumstan-
tiis omnibus, prudenter expensae, proprie,
directe, & sponte indicant.

59. Sen-

di, ac Eruendi inlustrarunt, &
explanarunt, ex Ecclesiae nostrae
Reformatae Doctoribus (ne me-
morem Auctores qui de Methodo
Concionandi scripserunt) LAMBERT.
DANAEUS in *Methodo S. Scripturae
Tractandae Oper.* pag. 400. seq.
ANDR. RIVETUS in *Iagoge Cap. 14.*
seq. JOANN. COCCEIUS in *Tractatio
de Ratione Interpretandi, sive Intro-
ductione in Philologiam S. Operum
Anecdotorum Vol. I.* pag. 62. seq.
JOANN. MELCHIORIS in *Praelectio-
nibus de Vera S. Scripturam Inter-
pretandi Ratione. Oper. Tom. 2.* pag.
697. seq. BENEDICT. PICTETUS in
*Dissert. Theolog. de Vera S. Scrip-
turae Interpretatione. SAM. WEREN-
FELSIUS in *Lectionibus Hermeneuti-
cis, sive de Arte Interpretandi Scriptu-
ram S. Opuscul. Tom. 2.* pag. 329. seq.
JOANN. ALPHONS TURRETINUS de *S.*
Scripturae Interpretandi Methodo.
JOANN. JACOB. ZIMMERMANNUS Me-
ditationum de Simplicitate Theologica
Par. 4. *Opuscul. Tom. 2.* Par. 1.
pag. 501. seq. HENRIC. WILHELM.
BERNSAU in *Summario Hermeneutico,*
sive Institutionibus Hermeneuticis.
HERMANN. VENEMA over de *Sin van*
de H. Schrift in de Voorreden van
de Verklaringe over de Miraculen van
CAMPEG. VITRINGA DEN VADER.*

E Theologis Lutheranis hoc de
argumento commentati sunt (praeter
MATTH. FLACIUM ILLYRICUM
in *Clave Scripturae S. WOLFGANG.*
FRANZIUM in *Tract. de Interpretatione S. Scripturarum Maxime Legitima.*
ALOM. GLASSIUM in *Philolo-
gia S. AUGUST. PFEIFFERUM in *The-
sauro Hermeneutico*) Scriptores me-
morati a JOANN. JACOB. RAMBACHIO
in *Prolegomenis Institutionum Herme-
neuticarum S. § 6.* & JOANN. FRAN-
CISC. BUDDEO in *Iagoge Histor Theolog.* ad *Theologiam Universam Tom. I.*
Lib. 2. Cap. 8. § 2. pag. 1430. seq. Ad-
junge ab illis indicatis JOANN. BE-
NEDICT. CARPOVIIUM in *Praefatio-
ne prafixa CHRISTOPH SAM. MAR-
TINI Commentario super *Judaean Episto-
lam Catholicam*, ubi de duplice Gene-
re Interpretandi Scripturam S. agit.
JOACHIM. LANGIUM in *Hermeneuti-
ca S.* JOACHIM. JUST. RAU in *Dif-
fert. de Certitudine Interpretationis S.*
Literarum: item in *Thebus*, qui-
bus *Certitudo Interpretationis S.* Co-
dicis *Ebraei adversus Obtrectationes*
JOANN. CLERICI Stabilitur: nec non
in *Differt. de Pyrrbonismo Herme-
neutico in Sacris, Cane Pejus, &*
Angue Cavendo. CHRISTOPH. WOL-
LIUM, & FRIDER. WERNERUM in
variis Scriptis de hac re editis,
quae**

59. *Sensus ejusmodi unicus tantum est literalis, hoc est, qui per voces, & notiones sacri contextus immediate intenditur (z).*

60. Idem tamen potest, & solet esse admodum foecundus, sic ut plures sententiae singulares, certo veluti foedere inter se coniunctae, sub earundum vocum & phrasium cor-

ti-

quae exhibit JOANN. JACOB. MOZER in dem Beytrag zu einem Lexico der Jetzlebenden Theologen bladz. 767. enz. bladz. 757. & ERNEST. FRIDER. NEUBAUER im Naricht der Jetzlebenden Theologen bladz. 407. enz. GEORG. PETR. ZENKELIUM in Elementis Hermeneuticae S. Opera ab Ecclesiae Romanae additis de expositione Pandectarum S. promulgata, ut SIXTO SENENSI in Bibliotheca S. Lib. 3. F. HENRIC DE BUKENTOP in Tract. de Sensibus S. Scripturae, & Cabala Iudaeorum. LOUIS ELLIES DU PIN dans Dissertation Preliminaire sur la Bible Tom. 1. Liv. 1. Chap. 10. aliaque plura, quae modo laudati RAMBACHIUS, atque BUDDEUS l.c. suppeditabunt.

Commode hoc loco referri possunt.

I. Auctores, qui Historiam Theologiae Exegeticae delinearunt, & tradiderunt, quorum syllabus dedit JOANN. CHRISTOPH. KOECHERUS in Conspectu Universae Theologiae.

Cap. 4. Sect. 1. § 163. pag. 223.
seq.

II. Sententia ADAM. BOREELII, qui statuit in Libro (omiso nomine suo) inscripto *Ad Legem, & Testimonium. Verbum Dei publice non Exponendum, verum Scripturæ S. Textum unice legendum esse.* Hoc BOREELII, ejusque sequacium figmentum exploserunt SAM. MARESIUS in *Dissert. Theolog. de Uſu, & Honore S. Ministerii in Ecclesiis Reformatis*, Opposita nupero Anonymi cuiusdam Periculoſo Libello, qui *Inscribitur, ad Legem, & Testimonium.* JOANN. HOORNBEEK in *Apologia pro Ecclesia Christiana non Apoftatica, Opposita Libello, cui titulus, ad Legem, & Testimonium.* aliique.

(z) Opinionem Pontificiorum singulis verbis, ac phrasibus Oraculorum Divinorum inesse Quadruplicem Sensem, Literalem, Allegoricum, Tropologicum, & Anagogicum, oppugnarunt, & profigarunt GUILIELM. WHITAKERUS Oper. Tom.

DE SCRIPTURA SANCTA 105

tice lateant. Quod tantum abest, ut in interpretatione Scripturae confusionem pariat, ut potius luculentum argumentum sit sapientiae Sancti Spiritus (a).

O

61. In-

Tom. 1. *Controvers.* 1. *Quaest.* 5.
Cap. 2. seq. DAN. CHAMIERUS in *Panstratia Catolica* Tom. 1. Lib. 15.
Cap. 1. seq. SIXTIN. AMAMA in *Anti-Barbaro Biblico Lib.* 1. pag. 158. seq. ANDR. RIVETUS l. c. JO.
ANN. ANDR. QUENSTEDT in *Theologia Didactico-Polemica Par.* 1.
Cap. 4. Sect. 2. *Quaest* 13. JOANN.
LAURENT. MOSHEMIUS in *Elementis Theologiae Dogmaticae Cap.* 2.
§ 18.

(a) Quod ad foecunditatem sensus Literarum S. adinet, de ea varia prostant Scripta, & non tantum olim, sed & hodie inter Judaeos, & Christianos, varia agitatae sunt contentiones.

I. De Methodo Kabbalistica, in interpretanda, & applicanda Scriptura S. a Judaeis nonnullis (Kraei enim, nec non multi e Rabbanitis illam rejiciunt, atque literae Verbi Dei inhaerent) adhibita, atque usitata, commentati sunt, nec non de illius Origine, Auctoritate, & Usu disputatione Viri Docti, quos enumerarunt AUGUST. PFEIFFERUS in *Critica S.* Cap. 7. Sect. 1. §. 10. pag. 289. seq.
JOANN. CHRISTOPH WOLFIUS in *Bibliotheca Hebraea Par.* 2. Lib. 7.

THOM. CRENIUS in *Notis subjunctis THEODORIC. HACKSPANII Brevi Expositioni Cabbala Iudaicae*, quam ille inseruit *Thesauro Librorum Philolog. & Histor.* Vol. 2. pag. 255. seq.

II. Locis quibusdam Librorum Divinorum, inesse Duplicem sensum, Proprium, & Figuratum, multis rationibus, atqne exemplis probatum dederunt Auctores, qui de sensu Mysticō egerunt, mox adducendi.

III. JOANN. COCCIEIUS censuit, Verba Scripturae S. ubique significare, quod significare possunt, ut ex ejus verbis (quae prostant in Consideratione ad Ultima Mosis Deut. Cap. 32. v. 1. Oper. Tom. 1. pag. m. 242. item in *Commentario in Habacuci Cap.* 2. v. 3. nec non in *Epistolae ad Romanos Cap. 10. v. 6.*) collegerunt, atque ejus sententiae se opposuerunt ANTON. HULSIUS in *Speciminibus Theologiae Hypotheticae*. MELCH. LEYDEKKER in *Fase Veritatis Lib.* 2. *Controvers.* 6. JOANN. LUDOV. FREY in *Dissert. Theolog.* 1. de *Officio Doctoris Christiani*. At COCCIEIUS patrocinium in se suscepunt ejus Filius JOANN. HENRIC. COC-

106 CAPUT SECUNDUM

61. Insuper fieri potest, ut res, per literam sensum significatae, sint signa aliarum rerum multo illustriorum, qui *sensus* Scripturae *Mysticus* dicitur (b), à Veteribus distinctus in

Al-

COCCEIUS in *Praefatione*, Tom. I.
Operum Patris praemissa: nec non
PETR. ALLINGA in *Face Diffidit Extincta* Cap. 12. **MARTIN HUNDIUS** in *Disputat* & seq. quae prostant in **JOANN. CLAUGERGII**, & **MARTIN. HUNDII** *Disputat.* *Select.* pag. 117. seq. aliisque, quos infra, cum de regulis in interpretatione Prophetiarum, & Typorum, observandis, agam, indicabo.

(b) Verbis, atque phrasibus, in multis Codicis S. locis, reconditum esse sensum Spiritualem (qui vulgo sensus *Mysticus* adpellatur) evicerunt **ANDR. RIVETUS** in *Iugoge* Cap. 15. **MOS. AMYRALDUS** in *Praefatione* in *Paraphrasin Psalmorum*. **PETRUS CUNAEUS** de *Republica Hebraeorum* Lib. 3. Cap. 8. **AUCTOR Observation. S.** Lib. 3. Cap. 19. § 5. seq. **JOANN. JACOB. RAMBACHIUS** in *Commentatione Hermeneutica*, de *Sensu Mystici Criteriis*. **CHRISTIAN. EBERARD. WEISMANNUS** in *Hypothesibus Generalibus pro Sensu Spirituali, & Sublimi Revelationis Divinae in Vet. Test.* **SALOM. DEYLINGIUS** in *Observation. S. Par. 5. Cap. 26, 29, & 36*

De hoc sensu *Mystico* variae viguerunt controversiae.

I Se^{ta} Socianorum, nec non HUC. **GROTIUS**, **PHILIPP. LIMBORCHIUS**, **JOANN. CLERICUS**, **JUST. HENRIC. JUNGMANNUS**, **GUiliELM. WHISTON**, **ANTON. COLENIUS**, eorumque adseclae, contendunt, sensum *Mysticum* habendum esse pro Mera Accommodatione, quam Spiritus S. non intenderit. Hos aggressi sunt, atque prostraverunt **ANDR. RIVETUS** l. c. Cap. 16. **THEODORIC. HACKSPANIUS** in *Disput. Theolog. de Accommodatione Photinianis Opposita*; quae exstat in *Sylloge Disputat. Theolog. & Philolog. AUCTOR* in *Praefatione Tom. I. Commentarii in Jesaiam* pag. 10. seq. **SALOM. DEYLINGIUS** l. c. Qui plura scire avert, adeat **HENRIC. MUHLIUM** in *Controversiae inter Duum-Viros Celeberrimos* **PHILIPP. LIMBORCHIUM**, & **CAMP. VITRINGAM**, de *Sensu Scripturae Mysticō*, jam nuper Agitatae, *Discussione*. & **CHRISTOPH. MATT. PFAFFIUM** in *Commentat. Academic. de Recta Theologiae Typicæ Conformatio-*ne. Praeterea consuli queunt Eruditi, qui de Allegatione Locorum Vet. Test. in Novo disseruerunt, quos exhibet **JOANN. ALBERT. FABRITIUS** in *Def. Argum.*

DE SCRIPTURA SANCTA 107

Allegoricum, Gal. IV. 24. 1 Pet. III. 21. Anagogicum, Hebr. IX. 11. & Tropologicum, Deut.

O 2

XXV.

& Syll. Scriptor. de Verit. Relig. Christ. Cap. 28. Adde, si placet, ibi in medium adductis, MARTIN. FRISIUM in Demonstratione Exegetica, de nonnullis valde Notatu Dignis Modis, quibus Vet. Test. in Novo Allegatur. & DAN. WHITBY in zyn Aanbangel op Mattheus 2. v. 15. gevoegt achter de Verklaring van de Engelsche Godegeleerden, van het Euangelium van Mattheus. 12 Deel. 8 Stuk bladz. 628. enz. Cum JEAN. MASSON dans l'Essai d'une Nouvelle Vie de David, ou Dissertation Critique sur le Psalme 110 (quae inserta est tribus prioribus Voluminibus Libri Gallice editi, sub titulo l'Histoire Critique de la Republique des Lettres) evincere adlaboraret, Psalmum istum, sensu Literali, de Davide intelligendum, ac non, nisi per Accommodationem, ad Jesum Christum referendum esse. Expositio, sive potius contorsia haec, damnata est in Synodo Wallonica A 1713 Bredae habita. MASSONUS, contra hoc decretum, se defendere conatus est in Apologia, quae exstat in Diario citato Tom. 5. Caussam vero judicii concilii Bredani egit DAV. MARTIN. in Libro Gallico idiomate exarato, arque inscripto le Propr. Sens du Psaume 110. Haec lis ansam praebuit JAQUES

LENFANT edendi Epistolam Gallico quoque Sermone compositam, cui titulus Lettre sur le Sens Literal des Anciens Oracles, a l'Occasion de la Dissertation sur le Psaume 110. quae etiam legitur memorati Diarii Tom. 6.

II. GULIELM. WHITAKERUS Oper. Tom. 1. Controvers. i Cap. 2. autumat, Unicum esse verum, ac genuinum Scripturae sensum, Literalem nempe, seu Grammaticum, sive ex verbis propriis summis, sive ex verbis figuratis intellectis, sive ex utrisque oriatur: Allegoricas vero expositiones non esse Varios sensus, sed Varias tantum Accommodationes, & Applicationes Scripturae. Attamen concedit, has Accommodationes, sive Applicationes, intendi a Spiritu S. in Scriptura S. loquenti, adeoque dissensum tantum esse de voce, recte observavit ANDR. RIVETUS t. c. pag. 934. Aliqui, ex Ecclesiae Lutheranae addictis, quoque censuerunt, Unicum tantummodo cuiusvis textus esse sensum, eundemque literalem, adeoque sensum Mysticum. Literali in eodem loco Contradicinctum, prorsus non dari, sed esse potius Applicationem rei propositae ad Antitypum, vel objectum Spirituale, alibi a Spiritu Sancto insinuatum, vel rem ipsam tacite representatam; ut sonat verba AU-

108 CAPUT SECUNDUM

xxv. 4. 1 Cor. ix. 9. 10. sive fundatus sit in
comparatione rerum literalium, & externarum
cum

AUGUST. PFEIFFERY in *Thesauro Hermeneutico* Cap. 3. § 10. pag m.
118. quo cum consentiunt ABRAHAM. CALOVIUS, JOANN. ANDR QUENSTEDT, aliisque. Praeterea HENRIC MUHLII l. c. sententia habet sensum Mysticum esse Partem sensus Literalis, & invult sensum Locorum illorum, qui partim proprie, partim figurate intelligi debent, sensum Compositum vocandum esse. *Has controversias non de re ipsa, sed de modo loquendi saltem esse*, judicat JOANN. FRANCISC. BUDDEUS in *Institutionibus Theologiae Dogmaticae* Lib. 1. Cap. 2. § 25.

Denique GEORG. LUDOV. OEDERUS in *Dissert. de Sensu Scripturae Mysticæ*, adjecta *Centuriae Conjecturarum de Difficilioribus S. Scripturae Locis*, existimat non dari sensum Mysticum, atque loca Vet. Test. quae de Jesu Christo agunt, sensu Literali ad illum pertinere.

III. Nonnulli e Socinianis, Remonstrantibus, atque Lutheranis volunt, nulla loca Codicis S. Mysticæ sensu accipienda esse, nisi Spiritus S. expresse revelaverit, sensum illum Mysticum a se illis in locis esse intentum; ut &, ad sensum Mysticum ex locis Scripturæ S. eruendum, requiri extra-

ordinariam patescioneum Spiritus Divini. Ab hac sententia contendunt, quosdam ex Reformato nostra Ecclesia, non fuisse alieros, atque ad eos provocant. At fallitatem hujus opinionis ostenderunt JOANN. JACOB. RAMBACHIUS l. c. § 7. aliisque, quos infra ad § 64. commemo rabo.

IV. Origenes, ejusque ad seclæ, non solum in Ecclesia veteri (secuti methodum interpretandi Oracula Divina, praecipue apud Iudeos Alexandrinos olim usitatam) verum etiam nostra aetate, sensum Mysticum, neglecto sensu Literali ubique querunt, atque sectantur. Fanatici, & Mysticæ, quibus adstipulantur HERMANN. DEUSINGIUS, THOMAS BURNETUS, THOM. WOOLSTONUS, HERMANN. HARDIUS, JACOB. BROCARDUS, ut ceteros omittam. Periculosa harc rationem, Scripturam in Allegoriam convertendi, refellerunt, atque a sensu Literali, citra urgentem necessitatem, non esse rece-
dendum, ut & Sensum Mysticum, in dictis Codicis S. non admittendum esse, nisi circumstantiae Loci id flagitent, probatum dederunt ad-
ducti Auctores, de sensu Mysticæ quibus jungendi JOANN. FRANCISC. BUDDEUS in *Dissert. de Allegoriis Origenes, inserta Parergis Histor. Theo-*

DE SCRIPTURA SANCTA 109

cum spiritualibus, earum antitypis, vel analogis; sive nascatur ex intimiore, & penitiore contemplatione vocum, & phrasium orationis Spiritus S.

62. Jus interpretandi Scripturam, illis omnibus competit, quibus datum est Scripturam legere, hoc est, omnibus Ecclesiae membris, neque his magis, ac aliis: *1 Cor. xiv. 19. 1 Job. IV. 1. Act. xvii. 11 (c).*

63. Id vero, quod Scripturam interpretatur, atque de interpretatione Scripturae ju-

O 3 di-

Theolog. SALOM. DEYLINGIUS l. c. Cap. 24. nec non Polemici, qui memoratas Sectas, atque nominatos Scriptores refutarunt, quorum aliquos infra Cap. 4. & 6. suis locis adlegabo.

(c) Omnibus, sine discrimine, a Deo concessum esse Literas S. Interpretandi, adversus Pontificios ostenderunt GULIELM. WHITAKERUS l. c. Cap. 3. seq. DAN. CHAMIERUS l. c. Lib. 16. Cap. 1. seq. MARTIN. CHEMNITIUS in Examine 2 Decreti 4. Sessionis Concilii Tridentini. ANDR. RIVETUS in *Iagoge Cap. 19.* nec non in *Catholico Orthodoxodoxo Tract. 1. Quaest. 10.* JOANN. ANDR. QUENSTEDT in *Theologia Didactico-Polemica Par. 1. Cap. 4. Sect. 2. Quaest. 14.* SAM.

WERENPELSIUS in *Dissert. de Loco Petri 2 Epist. 1. v. 20. Negan-tis Prophetiam esse iδιας ἐπινόεως.* JOANN. MARCKIUS in *Fasciculo Dissertat. Philolog.-Exeget. ad Selectos Textus Nov. Test. Exercit. 25. ad 2 Petr. Cap. 1. Vers. 19—21.* Evolve adhuc Commentatores, atque Philologos ad l. c. Petri. Praeterea Remonstrantium sententiam in *Apologia Cap. 24.* omnibus non tantum jus competere, sensum ex Scriptura S. erendi, verum etiam sensum, quem sibi persuadent esse verum, in Ecclesia profitendi, atque docendi, refelle-runt NICOL. VEDELIUS in *Arcanis Arminianismi Lib. 1. Cap. 3.* IACOB. TRIGLANDIUS in *Antapologia Cap. 24.* SAM. RHETORFORT in *Examine Ar-mi-*

110 CAPUT SECUNDUM

dicar, est mens nostra ipsa, praecellente iudicij facultate a Deo instructa, donataque. 1 Cor. X. 15.

64 Attendit autem, in Scriptura interpretanda, tum ad *Notiones Communes*, sive ipsam *Rationem*, cuius Lumen Deus ipse in Mente accedit; tum ad τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως, *Nexus Orationis*, Vocabūlūm Vim potestatemque: secundum quae, instar *Normae*, judicium suum componit (d).

65. Ne-

minianismi Cap. I. pag. 89. seq. Adde Elencticos, qui Indifferentes, & Latitudinarios, sententiae Remonstrantium patronos, refutarent, quos suo loco adlegabo.

(d) Media, quae ad verum Scripturæ sensum adsequendum, abinterprete adhiberi debent, monstraront GULIELM. WRITAKERUS l. c Cap. 9. seq. DAN. CHAMIERUS l. c Cap. 4. seq. ANDR. RIVETUS in *Agoge* Cap. 18. JOANN. HENRIC. HOTTINGERUS in *Primitiis Heidelbergensibus Disput.* I. E. Lutheradi conferi queunt THEODOR. HACKSPANIUS in *Interprete Errabundo*, inserto Vol. I. *Thesauri Librorum Philolog.-Theolog.* THOM. CRENII. pag. 142. seq. SAM. BOHILIUS in 3 *Dissert. pro Formali Significationis in Scriptura S. Explicacione Errando:* ut & in *Dissert. de Re-*

gula Rustica in Scripturæ S. Explicatione Reintroducenda, quae exstant in *Thesauri Theolog. Philolog.* Tom. I. ROMAN. TELLERUS in *Decade Dissertationum S. ad Causas Hermeneuticas Spectantium*, JOANN. CHRISTIAN. STEMLERUS in *Dissert. de Interpretationibus Scripturæ S. satis Pitti*, sed minus Accuratis, SALOM. DEYLINGIUS Observat. S. Par. 5 Cap. 13. seq. JOANN. LAURENT. MOSEMIUS in *Elementis Theologiae Dogmaticae* Cap. I. § 8. Praeterea videantur, quae in Regulis, in interpretando Codice S. ab AUGUST. CALMETO praefcriptis, norarunt JOANN. FRANCISC. BUDDEUS in *Praefatione praemissa Institutionibus Hermeneuticas S.* JOANN. IACOB. RAMBACHII, & CHRISTOPH. WOLLIUS in *Examine Regularum Hermenouiticarum ab AUGU-* STIN

DE SCRIPTURA SANCTA III

65. Neque aliam formam hic induit Mens; quando tales ex Scriptura sententias elicit, quae superant suum captum.

66. Tametsi enim veritates illas, in omni suo mundo, plene non percipiat: hoc tamen clare, & distincte, intelligit, Verba Dei, secundum commun-

STIN. CALMETO Commendatarum. Inspice adhuc, si lubet, Librum Gallico idiomate conscriptum, cui titulus *Regles pour l'Intelligence des Saintes Ecritures*. Auctorem hujus Scripti (qui adpellatur *Abbas d'ASFELD*) acriter perstrinxit Pseudonymus R. ISMAEL BEN ABRAHAM dans Movaacab *Censure de Douleur, ou Refutation, du Livre intitule Regles pour l'Inelligence des Saintes Ecritures*.

Speciatim Canones, qui in expositione Historiarum, Prophetiarum, Typorum, Allegoriarum, Emblematum, Parabolaram, Miraculorumque, observandi sunt, tradiderunt ABRAH. GULICHUS in Hermeneutica S. in limine Tom. 1. Theologiae Propheticae, GULIELM. SALDENUS in Exercitat. de Typorum V. T. Usu, & Abusu, quae habetur in Otiis Theologicis Lib. 2. Exercit. 3. JACOB. GUSSETIUS in Disput. Theolog. de Typorum Interpretandorum Methodo, adnexa Iesu Christi, Euangeliique Veritati Salutiserae pag. 483. seq. ANTON. HULTIUS in Corollario, de Modo Tractandi

Historiam, & Scripturam Vet. Test. ad calcem Lib:i de Vallibus Prophetarum pag. 446. seq. Auctora in Praefatione, quam praefixit HENRIC. TEELMANNI Commentario in Parabolas: item in Observat. S. Lib. 6. Cap. 20. ut & in Typo Doctrinae Propheticae Par. 2. Cap. 2. ANTON. DRIESSEN in Diatribe de Principiis, & Legibus Theologiae Propheticae, Typicae, Allegoricae, Emblematicae &c. JOANN. CHRISTIAN. LOERSIUS in Dissert. de Extantioribus Quibusdam, quae in Evolvendis Typis, aut Emblematisbus, vel Evitanda, vel Observanda sunt, JOANN. VAN DEN HONERT in Institutionibus Theologiae Typicae, Emblematicae, & Propheticae, EDUARD. STILLINGFLEET in Originibus S. 2. Boek. 6 Hoofdst. SALOM. VAN TIL in de Inleydinge tot de Prophetische Schriften, BERNARD. SEBAST. CLEMER over de Sekerbeyt, en Weerdigheyt van de Sin- en Voorbeeldiche Godgeleertheyt. Ex Augustanae Confessioni addiqis hoc de arguento commentarii sunt. JOANN. BOTSCACUS in Promptuario Allegoriarum, Mich.

112 CAPUT SECUNDUM

munes notiones exposita, hunc & non alium sensum fundere.

67. Intelligit autem simul, Deum *rem ipsam* revelare, & hominem eam assequi posse, absque modo rei distincte percepto, cognitioque.

68. Quod

ANN. VRIEMOET in Observation. in *Mattbaei Cap. 4. v. 7. pag. 51. seq.*
JOANN. ALBERTI in *Notis ad Glossarium Graecum in Sacros N. F. Libros. pag. 60.* ut & in *Alderdis, & Emendandis. pag. 193.* JOANN. CHRISTOPH. HARENBERGIUS in *Originatione Vocabulorum Deos, & Deus, nec non Tuisconis, & Gentis nostrae, cui est Nomen Teutaben, quae extat in *Miscellaneis Novis. Vol. 9. Par. 4.* Inspice quoque, si lubet, notata a JOANN. CLERICO in *Arte Critica. Vol. 1. Par. 2. Sect. 1. Cap. 3.**

(d) De altero Nomine Graeco νύπος adi, sis, MATTH. MARTINIUM in *Lexico Philologico in v. ERASM. SCHMIDIUM in Notis ad 1 Timothbei Cap. 6. v. 15* JOANN. CHRISTOPH. WOLFIMUM l c. pag. 17, & 20. JOANN. VRIEMOET l. c. ad v. 8. pag. 44. seq. JOANN. CHRISTOPH. ZWARZIUM in *Commentariis Criticis, & Philologicis Linguae Graecae N. F. in v.* JOANN. PEARZONIUM in zyne Uytlegginge van den 2 Artikel des Geloofs. bladz. 259. enz.

(e) Nomini Latino Deus (nemurum Auctores de voce Deos, supra allegatos, memorem) lucem adfuderunt ROBERT. STEPHANUS

in *Thesauro Linguae Latinae in v. editionis ANTON. BIRRII. Tom. 2.*
PAUL. SCHERLOGUS *Antiquitatum Hebraicarum. Lib. 1. Differt. 1. Sect. 4.* FRANCISC. WOKENIUS in *Dissent. Utrum Vocabula Deus, & Gott, adeo impura sint, ut de Vero Deo Adibiberi Nequeant.*

(f) Nominis Belgici God originem, & significationem investigarunt, GERARD. JOANN. VOSSIUS l. c. LUDOVIC ALPHITANDER in *Dei Endovellici Indigitamento, sub juncto, THOM. REINESII Commentationi Parergicae de Deo Endovellico, inseratae a THOM. CRENI MUSEI PHILLOGICI, & Historici Vol. 2. pag. 348. seq.* FRANCISC. WOKENIUS l. c. HERMANN. VENEMA id *Observation. in Roman. 1. v. 20. adjeatis, STEPHAN. DE BRAIS Analyse Paraphrasticae Epistolae Pauli ad Romanos.* EMO LUC. VRIEMOET in *Annotatio. Philologic.-Theolog. ad Dicta Classica Vet. Test. Tom. 1. Cap. 3. in Psalm 25. v. 8. pag. 156,* JOANN. GEORG. WACHTERUS in *v. Gott. Plura suppeditabunt Auctores adducti a JOANN. SIMONE in Onomastico Vet. Test. Sect. 10. Cap. 4. §. 6 pag. 486.*

(g) De

136 CAPUT TERTIUM

אלה.colere, adorare. In plurali illius nominis nollemus praefracte negare μυσθγιον.

18. Utique ab Hebraeo Etymo אלה, cum be in quiescente, quod valet, Execrari, vel Cum Execrationibus aliquem Adjurare, illius origo repetenda non videtur: tum quod Grammatica ratio obstet; tum quod Deus Ecclesiae sub notione aliquem in Foedere Adjurantis sub Execratione, obversatus non sit, antequam suum hac de re consilium Mosi exposuerit in Campis tribus Moabi. Deut. xxvii. 14. 17. Nomena Dei petita fuerunt ex Notionibus claris, & obviis.

19. Caetera omnia, quae de Deo praedicantur, & quae in Scriptura sub Nomine Dei comprehenduntur, licet referre ad Dei NATURAM, PERFECTIONES, & OPERA, horumque Consequentia.

20. De NATURA Dei (g) primo tenendum est

(g) De Natura Dei consuli posse sunt DIONYS. PETAVIUS Theologiconrum Dogmatum Tom. 1. Lib. I Cap. 6. GERARD. DE VRIES in Determinationibus Pneumatologicis de Natura Dei, & Humanae Mentis. Sect. I. JOANN. VAN DEN HONERT in Dissert.

Pbilosoph. de Essentia, & Existentia Dei, addita ejus Dissert. de Gratia Dei non Universali, sed Particulari. JACOB. WITTICHUS in Disput. Philosoph. de Natura Dei. Ejusque antagonistae ANTON. DRIESSEN, JACOB. LEYDEKKER, PROFESSORES FACULTATI-

DE DEI NATURA, ET ATTRIBUTIS. 137

est, Deum esse Spiritum (b), sive Ens Actuissimum, praeditum Intellectu, Voluntate, & Potentia. Quippe quod tam Scriptura, quam

S. Ra-

TATIS THEOLOGICAE, ET PHILOSOPHICAE in Academia Jenensi, aliique, qui illum graviter accusarunt, quod in memorata Disputatione contenderit. Res quae nihil inter se commune habent, unam alterius causam esse non posse. Difficultates, adversus se motas, diluere adlaboravit WITTICHJUS in variis Scriptis Apologeticis: nec non ejus patrocinium in se suscepserunt TACO HAOJ VAN DEN HONERT, atque ANONYMUS, qui latitare voluit sub literis G. R. V. Scripta haec eristica percurrentur in Biblioteca Bremensi. Clas. 1. Fasicul. 4. Artic. 7. & Clas. 2. Fasicul. 6. Art. 4. Insuper varias, atque diversas Philosophorum de Essentia Dei opiniones (praeter Historiae Philosophicae editores) exhibuit JOANN. GOTTL. CARPOVIUS in 2. Dissert. de Veterum Philosophorum circa Naturam Dei Sententiis.

Spectat hoc controversia. An Natura Dei consistat in Cogitatione? agitata inter CHRISTOPH. WITTICHJUM in Theologia Pacifica. Cap. 15. PETR. ALLINGAM Illustrum Erotematum. Decad. 8. & in Face Dissidit Extincta. Cap. 23. Eorumque adversarios PETR. VAN MASTRICHT in Novitatum Cartesianarum Gen-

graena. Sect. 2. Cap. 6. MELCMIOR. LEYDEKERUM in Face Veritatis. Loc. 3. Controvers. 7. & ZACHAR. GRAPIUM in Systemate Novissimarum Controversiarum. Tom. 1. Cap. 1. Quaest. 13.

(b) Circa Essentiam Spiritus videlicet, RADULPH. CUDWORTHUM in Systemate Intellectuali. Tom. 2. Cap. 5. Sect. 3. & JOANN. LAURENT. MOSHEMIUM in Observatione. JACOB. STAALKOPFIUM in Dissert. de Spiritualitate Dei. GEORG. BERNARD. BILFINGERUM in Dilucidationibus Philosophicis Sect. 1. Cap. 5. ZACHAR. GRAPIUM l. c. Quaest. 15. HUMFR. DITTON in zyne Verbandeling, gevoegt agter zyn Boek de Christelyke Godsdienst, Betoogd door de Opstandinge van Iesus Christus. Plura hoc de argumento scire cupiens, consulat Pneumatologiae Scriptores, quos suppeditabunt JOANN. ALBERT. FABRITIUS in Del. Argum. & Syllab. Scriptor de Veritate Religionis Christianae. Cap. 20. atque GOTTL. STOLLUS in Introductione in Historiam Litterariam. Par. 2. Cap. 3. ut & Viros Doctos, qui de Natura Angelorum, ac Menthum Humanum, commentati sunt, quorum ad Cap. 6. mentionem faciam.

(i) Su-

Ratio summae, quae in eo est, Perfectionis, manifeste docet. Job. iv. 24. Act. xvii. 25. 28.

21. Addendum, summam Dei Perfectionem, omnem qualemque Extensionem, veluti Partem, aut Attributum Dei, Natura ejus excludere (i). Quod non tantum contra Anthropomorphitas (k), & Vorstium (l), sed vel ma-

xime

(i) Supremum Numen minime Extensem esse, adversus diversos Extensioni Naturae Dei Patronos, probatum dederunt Theologi, atque Philosophi.

I. Profanam BENEDICT. SPINOZAE sententiam, Extensionem Attributum Dei esse, sive Deum esse Rem Extensam, profligarunt Eruditi, quos supra pag. 17. in medium adtuli.

II. CHRISTIAN. THOMASIO, SAM. CLARKIO, illorumque adieclis, adserentibus, Extensionem esse omnibus Spiritibus essentiali, se opposuerunt, eosque debellarunt RADULPH. CUDWORTHUS, & JOANN. LAURENT. MOSHEMIUS l. c. ZACHAR. GRAPIUS l. c. Quaest. 14. ISRAEL GOTTL. CANZIUS in *Dissert. de Deo Spiritu*, eodemque *Neciquam Extenso*, sub juncta *Theologiae Naturali Thetico-Polemicae*. VALENTIN. ERNEST. LOESCHERUS in *Praelectionibus contra Deistas Praenot.* 7.

(k) Deum non Corpore Humano praeditum, sed esse mere Spiritum, adversus Anthropomorphitas evicerunt DIONYS. PETAVIUS *Theologicorum Dogmatum Tom. I. Lib. 2. Cap. 1. JOANN. HENRIC. HOTTINGERUS in Appendice *Dissertat. de Nominibus Dei Orientalium*, insertae, *Fasciculo Dissertation. Theolog.-Philologicar.*, sub juncto, *Historiae Creationis*, pag. 343. seq. JOANN. FORBESIUS in *Instructionibus Histor-Theologicis*. Lib. 1. Cap. 36. Oper. Par. 2. pag. 64. seq. RADULPH. CUDWORTHUS, & JOANN. LAURENT. MOSHEMIUS l. c. FRANCISC. ULRICH. RIES in *Dissput. Philo/oph. de Deo Spiritu*, JOANN. JOACHIM. SCHRODERUS in *Dissert. de Haeresi Audianorum*, quae prostat Tom. 1. Fascicul. 3. *Bibliothecae Historiae Haeresiologicae* JOANN. VOIGTII: & hic, in addito *Schediasmate de Audianismo ante Audium*. ZACHAR. GRAPIUS l. c. Quaest. 16. ANDR. MA-*

DE DEI NATURA, ET ATTRIBUTIS. 139

xime contra impios quosdam hujus saeculi Philosophos observandum, & valide demonstrandum est (m).

S 2

22 Quan-

MAYERUS in *Elementis Theologiae Naturalis.* Par. 3. Cap. 3. Conferri insuper queunt TOB. PFANNERUS in *Systemate Theologiae Gentilis Purioris.* Cap. 2. § 19, & *Commentatores in Loca Literarum S.*, quibus Deo membra corporis humani metaphorice adscribuntur.

(1) CONRAD. VORSTII opinionem enervarunt Viri Docti, quos adduxerunt MARTIN. LIPENIUS, ac JOANN. FABRITIUS, locis supra adlegatis: nec non Auctores, de Omnipraesentia Dei, ad finem hujus Capitis, memorandi.

(m) Supremum Numen Omnis Materiae esse Expers, contra Materialistas (ut ceteros praetermittam) commonstrarunt Auctores, qui THOM. HOBBESIUM, illorum caput, profligarunt, quorum opera exhibet JOANN. GEORG. WALCHIUS in *Bibliotheca Theologica Selecta Tom. 1. Cap. 5. Sect. 5. § 7.* pag. 727. seq. atque Scriptores ab eo in medium adducti.

Ad hunc locum commode referri possunt,

I. Eruditi, qui de Visione Dei disseruerunt, v. c. FRANCISC. GOMARUS in *Illustratione Doctrinae Iohannae Cap. 1. v. 18.* Oper. pag. 249. seq. DIONYS. PETAVIUS *Theologico-rum Dogmatum.* Tom. 1. Lib. 7.

GIBERT. VOETIUS in 2 *Exercitatione de Visione Dei per Essentiam Selectar. Disputation.* Par. 2. pag. 1193. seq. HENRIC. ALTINGIUS in *Theologia Problematica Loc. 20. Probl. 15, & 16.* ANDR. RIVETUS in *Commentar. in Psalm. 16. v. 11. Oper. Tom. 2. pag. 68.* JOANN. FORBESIUS in *Dissert. de Visione Beatifica.* Oper. Par. 1. pag. 283. seq. CAMPEG. VITRINGA F. in *Dissert. Theolog. de Facie, & Posterioribus Dei.* Cap. 2. seq. quae est ultima ejus Dissertationum S. CHRISTOPH. AUGUST HEUMANNUS in *Meditatione de Modo, quo Visuri sumus Deum in Vita Aeterna,* quae recusa, & aucta inserita est *Dissertation. Syllog.* Tom. 1. Par. 1. *Dissert.* 10. Adde, si placet, JOANN. LUDOVIC. FABRITIUM in *Disquisitione de Symbolica Visione Dei.* Oper. pag. 148. seq.

II. Quaestio in Germania agitata. An Deus proprius, an vero in proprio Lux vocetur. Prius contenderunt JOANN. CONRAD. DANNHAUERUS, CHRISTIAN. CHEMNITIUS. At praeter alios negavit JOANN. MUSAEUS. Confer JOANN. FECHTIUM in *Lectionibus Theologicis in Syllogen. Disput.* 7 § 4, & HENRIC. CLAUSSINGIUM in *Disput. de Deo, an Lux sit proprius sic Dicta.*

(n) In-

140 CAPUT TERTIUM

22. Quando vero omnis Actuositas Libera, quae Facultatis est propriae, & ab interno pendet principio, id ipsum est, quod *Vitam* vocare solemus: merito utique Deus, qua Spiritus est, stylo tam Rationis, quam Scripturae, *vivere* dicitur. *ישׁוּם חַיָּה*, *Deut.* xxxii. 40. *Dan.* xxii. 7 *Ps* xxxvi. 10.

23. Sed ad Notionem Dei non magis pertinet, illum esse *Naturae Spiritualis*, quam esse *Perfectissimum*: non magis, illum *Vivere*, quam per Naturam suam *Vivere independenter*, & *beate*. Quod Deum ab aliis quibusunque entibus rationalibus, & Vitam Dei ab omnium aliorum viventium vita, longis intervallis distinguit.

24. Hoc sensu in Scholis dici solet *infinitus*.

25. *Infinitas* enim Dei propriæ ea Dei *perfectio* est *summa*, qua omnes perfectiones cogitabiles, suae naturae convenientes, possidet in gradu summo, qui omnes excludit terminos. *Ps.* cxlv. 3 (n).

26. PER-

(n) Infinitatem Dei, qua Deus Omnes Perfectiones summo, atque illimitato modo possidet, ex planarunt LUDOVIC LE BLANC in *Thef. Theolog. de Perfectione*. & *Infinite Dei. Thef. Theolog. pag. m.*

DE DEI NATURA, ET ATTRIBUTIS. 141

26. **PERFECTONES** illae Dei in Scriptura
S. vocantur **נָאָם Nomen**, (Job. xvii. 6) **חֶדְרָה Decus**, (Psal. viii. 2.) **כְּבוֹד GLORIA**, (Psal. xix. 1.) & **שָׁבֵךְ Robur Dei**, Psal. xxix. 1.

27. Quae autem earum praecipue conspi-
cuæ evaserunt, in executione Consilii gratiae:
apertæ Virtutes, 1 Pet. ii. 9. **כְּחַדְשָׁה Efficacia**, Num.
xiv. 17. & **טוֹב Bonitas Dei**, Exod. xxxiii. 19.

28. Menti vero de *Divinis Perfectionibus*,
quæ plurimæ, & variae sunt, cogitanti, illæ
omnium primo obversantur, quæ imperfe-
ctionibus, quarum sibi consciæ sunt homines,
directe sunt oppositæ, atque ideo etiam no-
mina sortiuntur opposita nominib[us], quibus
imperfectiones creatorum entium designan-
tur. Ex gr. *Homo finitus*, *Deus infinitus*. *Homo de-*

S 3

pen-

102. seq. JOS. PLACEUS in *Theolog. de Deo Immenso Thes. Sal-*
muriens. Par. 1. GERARD. DE VRIES
in Exercitationibus Rationalibus Ex-
erict. 6 de Deo Immenso: item in
Dissert. de Infinito Sect. 1. quae est
de Conceptu Infiniti, ibid. pag. 262.
seq. RADULPH. CUDWORTHUS, &
JOANN. LAURENT. MOHEMIUS l. c.
In p[ro]p[ri]etate quunque potest EMAN. SWE-
DENBORGUS in *Prodromo Philoso-*

pbiae Ratiocinantis de Infinito, &
Causa Finali Creationis: deque Me-
chanismo Operationis Animæ, &
Corporis. pag. 17. seq. Postremo
in Academia Regiomontana CHRI-
STIAN. DREIERUS denegavit De-
um Infinitum vocandum esse,
cui se opposuit GODOFR. WE-
GENERUS in Dissert. de Infinito
Deo.

(o) De

pendens, Deus independens. Vocantur alias **PERFECTIONES ESSENTIAE**, *Primi generis, & Incommunicabiles.* Non male quidem, nec ἀτερ τῆς γένεσις (o).

29. Inter has prima omnium est **Primitas**, sive *Aseitas Dei*, qua a nobis concipitur, ut *Spiritus sufficientissimus*, qui *vitam habet in se ipso*: hoc est, necessario, & vi perfectionis suae naturae existit: *fons vitae omnibus*, quae ex-

(o) *De Natura, Divisione, atque Numero Adtributorum Divinorum legi possunt GISBERT. VOLETIUS Problematum de Deo. Par. 2. Selectar. Disputation. Par. 5. pag. 51. seq. DIONYS. PETAVIUS Theologicorum Dogmatum. Tom. 1. Lib. 1. Cap. 6. seq. JOANN. HOORNBEK in Socinianismo Confutato. Tom. 1. Lib. 2. Cap. 4. JOANN. ANDR. QUENSTEDT in Theologia Didactico-Polemica. Par. 1. Cap. 8. Sect. 2. Quaest. 1. seq. CAMPEG. VITRINGA F. l. c. Cap. 4. seq. JOANN. LAURENT. MOSHEMIUS in Differt. de Investigatione Attributorum Dei. Adde Auctores de Simplicitate Dei, infra ad 34 commemorandos: nec non Polemicos, qui adversus Socinianos, aliosque, evicerunt, Adtributa Dei idem esse cum Natura Dei, & realiter ab illa non esse diversa.*

Spectant huc contentiones, magnis animis inter nostrates Theologos ventilatae: An Adtributa Dei in Communicabilia, & Incommunicabilia commode Dividantur? ut & An Adtributa Dei Interna tantum proprie Duo sint, Intellectus, & Voluntas. Vide, sis, CHRISTOPH. WITTICHUM in Theologia Pacifica. Cap. 14. PETR. ALLINGAM Illustrum Erotematum. Decad. 9. item in Face Diffidii Extincta. Cap. 24, & 25. Illorumque antagonistas PETR. A MASTRICHT in Novitatum Cartesianarum Gangraena. Sect. 2. Cap. 16. MELCHIOR. LEYDEKKERUM in Face Veritatis. Loc. 3. Controvers. 8, & 9. Jungendi Elenctici, qui de Communicatione Naturae, vel Adtributorum Divinorum adversus Arjanos, Mysticos, Pontificios, & Lutheranos egere, quos postea suis locis memorabo.

(p) De-

DE DEI NATURA, ET ATTRIBUTIS. 143

extra ipsum sunt. Eadem dicitur *Independencia*, sive *Omnisufficientia Dei*: omnis alias perfectionis, quae in Deo inest, Fundamentum *Ap. 1. 4. 8. 17. Job. v. 26. &c. xxxvi. 10. Fac. i. 17. Gen. xvii. 1 (p).*

30 *A se* enim, sive vi Perfectionis Naturae suae si non esset Deus; ab alio dependeret: quod cum summa Perfectione non consistit.

31. Cum vero Deus adeo sit *perfectus*, ut *necessario* sit: per se patet, illum absolute esse *Æternum*: hoc est, Naturam Divinam omne existendi principium, & durationis terminum excludere. *Psi. cii. 27. 28. Exod. iii. 14. Gen. xxi. 33. Psi. xc. 2. 4. Ap. 1. 4. 8. 17 (q).*

32. Un-

(p) Deum Positive a se esse, post RENART. CARTESIUM, adfirmarunt FRANCISC. BURMANNUS P. in *Synopsi Theologiae. Tom. 1. Lib. 1. Decad. 15. § 2. PETR. ALLINGA l. c. Cap. 8.* ut & in zyn *Aenspraak aen den Leezer*, voor zyn Boek over de *Voldoeninge Jefu Christi. 18 bladz. enz. en in de Uitvaard van LEONARD. RYSENNIUS bladz. 44. REINER. VOGEL-SANGIUS in *Exercitationibus Theologicis. Exercit. 12. aliisque. Verum enim vero infitias iverunt PETR. A MASTRICHT l. c. Cap. 14. MEL-**

CH. LEYDEKKER l. c. *Controvers. 10. ZACHAR. GRAPIUS l. c. Quaest. 17.*

(q) Supremum Numen omnis Principii, atque Finis Expers esse, manifestum fecerunt DIONYS. PETAVIUS l. c. *Lib. 3. Cap. 3. seq. SAM. PARKERUS in Dissert. de Aeternitate Dei, addita Tentaminibus Physico-Theologicis de Deo. RADULPH CUDWORTUS, & JOANN. LAURENT. MOSHEMIUS l. c. *Tom. 1. pag. 780. seq. CHRISTIAN. HAGMAIERUS in Dissert. de Aeternitate Dei.**

32. Unde simul manifestum est, Dei durationem non posse mensurari per momenta, ut Sociniani vellent: quia omnis successiva duratio principium supponit, & involvit. *Ps. xc. 4. 2. Pet. iii. 8 (r).*

33. Eadem vero illa *duratio omnem excludit Divinae Essentiae Mutationem*, vel Alterationem; quia est duratio Entis absolute Perfecti. Quod autem absolute perfectum est, cum

in

Dei. JAQUES SAURIN dans Sermon sur l'Éternité de Dieu. 2 Pierre 3. v. 8. dans Tom. 5. des Sermons. Serm. II.

(r) In Aeternitate Dei nullam Durationem Successivam locum habere, adversus Socinianos, & quosdam e Secta Remonstrantium, communstrarunt HENRIC. ALTINGIUS in *Theologia Problematica*. Loc. 3. Probl. 19, & 20. JOANN. HOORNBEEK l. c. Lib. 2. Cap. I. SAM. MARESIUS in *Hydra Socinianismi*. Tom. 1. Lib. 1. Cap. 18. CHRISTOPH. FRANCKIUS in *Exercitationibus Anti-Limberbianis. Exercit. 2.* Hac de re quoque egerunt JACOB. GUILIELM. FEVERLICHUS in *Dissert. Philosoph. - Theolog. de Aeternitate Dei omnem Successiōnem Excludente.* & SAM. HOLL-MANNUS in *Dissert. Aeternitatem Successionis Expertem nec Eſſe, nec*

Eſſe Posſe. JOANN. LAURENT. MOSHEMI verba de hac lite in *Elementis Theologieae Dogmaticae. Par. I. Sect. I. Cap. I. § 9.* ita sonant, *Subtilis,* illa quaestio de modo Aeternitatis, utrum ea Successiva, an fixa sit? facile potest componi, & dirimi. Aeternitas absolute, & in se spectata, Fixa sine dubio est, & Successio nis expers. At eadem Aeternitas, ad nos relata, sine dubio habet Successiōnem, neque a nobis sine Successione concipi potest. Confer adhuc, si lu bet, PIERRE FRANCOIS. LE COURAYER dans *l'Examen des Defauts Theologiques* Tom. 1. Sect. 2. Chap. II. § 2. Denique opinioni PETR. POIRETI in *Cogitationibus Rationalibus de Deo, Anima, & Mālo.* Lib. 3. Cap. 16. § 6. Aeternitatem non coexistere tempori, ejusque differentiis obviam ivit ZACHAR. GRAPIUS l. c. Quaest. 21.

(s) Nul-

DE DEI NATURA, ET ATTRIBUTIS. 145

in melius mutari nequeat, mutari nequit, nisi cum perfectionis suae detimento: quod natura Dei non patitur, unde Deo: quod ad Essentiam suam, *Immutabilitas adscribitur*, *Mal. III.*

6. *Exod. III. 14. Jac. I. 17 (s).*

34. Quae vix differt a Divinae Essentiae Simplicitate, qua Deus omnes suas perfectiones semper in se possidet, eodem modo; ita ut nihil Naturae Divinae accedat, nihil decedat, nihil etiam accedere, vel decedere possit: atque adeo omnem respuat compositionem *Moderum*, sic proprie dictorum, & Accidentium, per quae Entia spiritualia, Deo minora, & finitiae capacitatis, perficiuntur. *Joh. I. 4. 2 Joh. I. 5. 1 Joh. V. 20. Exod. III. 14 (t).*

T

35. Un

(s) Nullam Deo Mutationem Propriam esse, nec Minimum Incrementum, vel Decrementum in Ilum cadere posse, comprobarunt DIONYS PETAVIUS l. c. Lib. 3. Cap. 1, & 2. FRANCISC. UERIC. RIÈS in *Dissert. Philosoph. de Immutabilitate Dei*. DAVID. RENAUD. BOULLIER dans *Sermon sur l'Immutabilité de Dieu*. *Mal. 3. v. 6.* dans *Sermons sur Divers Textes de l'Ecriture S. Serm. 5 pag. 156 seq.* Evolve adhuc de hoc Dei Attributo (præter Auctores de Immutabili-

tate Decreti Divini ad § 29. Cap. 5. citandos) Scripta eristica inter PIERRE JURIEU dans le *Tableau du Socinianisme*. 1. Par. 6. *Lettre*: ut & dans 2 *Apologie*. Ejusque adversarios JAQUES BENIGNE BOSSUET dans l'*Avertissement aux Protestans*, sur les Lettres du M. JURIEU, contre l'*Histoire des Variations*. Tom. 4. pag. m. 19. seq. nec non ELIE SAURIN dans l'*Examen de la Théologie de M. JURIEU*. Tom. 1. Par. 2. Art. 7.

(t) Essentiam Entis Perfectissimi Omnis Compositionis, atque Di-

146 CAPUT TERTIUM

35. Unde itaque patet, Perfectiones Dei ab essentia Divina realiter non esse distinctas. *Amos.* IV. 2. coll. cum VIII. 7. *Pf.* XXV. 7.

36. Quod tamen caute adeo, contra Socinianos, disputandum est, ut propterea non negemus, *Attributa*, quae Naturam Dei constituant, & *Denominationes*, quae ipsi ab operibus tribuuntur, diversi esse generis.

37. Aliae vero DEI PERFECTIONES strictius referuntur ad VITAM DEI (u), quam diximus absolvit, indesinenti Intelligendi, & Volendi exercitio (x): estque earum *analogia* in *Creaturis*

ra-

Divisionis, absolute esse Expertem: ut & Adtributa Deo non Accidentaliter, sed Naturaliter, Necessario, & Inseparabiliter inesse: insuper in Deo nulla esse Accidentia ab ejus Essentia Distincta, adversus Socinianos, Remonstrantes, ac speciatim CONRAD. VORSTIUM evicerunt PROFESSORES LEYDENSIAS in Censura, in Confessionem Remonstrantium. Cap. 2. JACOB. TRIGLANDIUS in *Antapologia*. Cap. 4. GIBERT. VOETIUS in *Disput.* de Unica, & Simplicissima Dei Essentia. Selectar. *Disputation.* Par. 1. pag. 227. seq. HENRIC. ALTINGIUS l. c. Probl. 14, & 15. SAM. RHEOTORFORT in *Examine Arminianismi* Cap. 1. Titul. 2. pag. 141. seq. LUDOVIC.

LE BLANC in *Thesb. Theolog. de Dei Simplicitate*. *Theb. Theolog.* pag. m. 97. seq. Consuli quoque, hac de Proprietate Dei, potest DIONYS. PETAVIUS l. c. Lib. 2. Cap. 2. seq.

(u) De Vita Dei differuerunt LUDOVIC. LE BLANC in *Thesb. Theolog. de Vita Dei*. l. c. pag. 114. seq. SAM. MARESIUS l. c. Cap. 19. PETR. POIRETUS l. c. Lib. 3. Cap. 2.

(x) Impiam BENEDICT. SPINOZAM, aliorumve sententiam, Supremum Numen non Intelligere, nec Velle, profilarunt ZACHAR. GRAPIUS in *Systemate Novissimarum Controversiarum*. Tom. 1. Cap. 1. Quæst. 22. & Viri Docti ibi commemorati.

(y) De-

DE DEI NATURA, ET ATTRIBUTIS. 147

rationalibus, imprimis in integris & regenitis
κατὰ τὴν εἰκόνα τοῦ Θεοῦ. Ephes. IV. 24 (y).

38. Reducuntur autem Illae, vel ad duas principes Vitae Dei, quasi Partes, (sive ad duplex Actuostatis divinae genus) Intellectum & Voluntatem, scorsim consideratas: vel ad totam Dei Vitam, uno complexu menti de Deo cogitanti obversantem.

39. Utriusque Generis Perfectiones rursus dispescuntur, tum in Necessarias, quae absolute, & necessario ad Deum pertinent, sic ut Vita Dei absque iis concipi, aut consistere nequeat: tum in Arbitrarias, sive Relativas, quae Deo adscribuntur respectu Decretorum, & Operum ejus, tam Naturae, quam Gratiae, & absque quibus proin Vita, & Beatitudo Dei stare potuissent.

T 2

40. De-

(y) Descriptionem Vitae Dei, quam his verbis dedit CHRISTOPH. WITTICHUS in Theologia Pacifica. Cap. 14. §. 198. & in Apendice. Quaest. 194. (1) Vox Vitae, prout ita generaliter accipitur, ut tribuatur & plantis, & bestiis, & hominibus, & Angelis, & Deo, vix aliquid commune donat, quod omnibus ipsis convenient, praeter nomen &c. (2) Illud vivere Dei nihil aliud est,

quam ille unicus, & Simplicissimus Dei actus, quo omnia intelligit, & vult. Hanc ejus definitionem, post SAM. MARESIUM, gravi censura notavit PETR. A MASTRICHT in Novitatum Cartesianarum Gangraena. Sect. 2. Cap. 8. At WITTICHII patrocinium in se suscepit PETR. ALLINGA Illustrum Eretematum. Deccad. 9.

(z) Op-

40. Deum INTELLIGENDI vi , facultateque praeditum esse, nemo neget, qui Deum agnoscit esse Spiritum, & omnium Spirituum auctorem. *Pf. XCIV. 9. 10.*

41. Hunc Intellectum summa Dei Perfectio arguit esse perfectissimum (z).

41. Perfectissimus autem Intellectus est, cui omnes Virtutes, Intellectui convenientes, insunt perfectissimo modo, cum respectu tam ad Objecta, quam ad ipsum Intelligendi Modum.

43. Quas Virtutes, sive Atributa Divini Intellectus, constat esse vel Absoluta, & Necesaria, vel Relativa.

44. Primum necessarium, & absolutum Intellectus Divini Atributum est ΣΥΝ SCIENTIA, qua Deus se ipsum, & omnem perfectionem, sibi naturalem, illiusque perfectionis consequentias, in rebus ad Deum relatis: (quod vulgo τὸ πεπτὸν Decentiam Dei vocare solemus:) quin & omnium aliarum rerum sequelas naturales, & necessarias, quae earum naturis

&

(z) Opera Theologorum, de Intellectu Dei, in lucem emissâ, exhibet Mich. LILIENTHALS in Theo-

logischer - Homiletischer Archivario pag. 148. seq.

(e) Scien-

& essentiis involvuntur, clarissime intelligit, modo percipiendi omnium simplicissimo, quem *Intelligentiam* appellant. Ens enim cogitans concipi nequit absque conscientia sui ipsius. Atque haec scientia Dei in Scholis dicitur *Scientia simplicis intelligentiae, & naturalis* (a): quippe quae ad ipsam Dei naturam pertinet; adeoque in Deo concipitur ante ullum decreti actum. *Mattb.* xi. 27. *2 Tim.* ii. 13. *Hebr.* ii. 10. VII. 26.

45. Alterum *absolutum, & necessarium Intellectus* Divini attributum est חכונה *Intelligentia*: illa nimurum vis, & virtus Divini Intellectus, qua aliarum rerum, non necessariarum, & extra se producendarum, ideas sibi reprae-

T 3

sen-

(a) Scientiam Dei Simplicis Intelligentiae illustrarunt GIBERT. VOETIUS in *Disput. de Scientia Dei. Selectar. Disputation. Par. 1.* pag. 146. seq. DIONYS. PETAVIUS l. c. Lib. 4. Cap. 1. seq. LODOVIC. LE BLANC in *Theolog. de Scientia Dei* l. c. pag. 117. seq. Insuper adi- sis, praeter Eruditos mox adducendos, Auctores, quos adlegavit MARTIN. LIPENIUS in *Biblioteca Realis Theologica. Tom. 1.* in v. *Scientia.*

Ad hunc locum pertinet con-

troversia: An Scientia Dei re & Distinguatur in Scientiam Simplicis Intelligentiae, & Scientiam Visionis? an Vero Omnis Scientia Dei sit dicenda Scientia Visionis? Prius adfirmarunt SAM. MARESIUS de *Abusu Philosophiae Cartesiana in Rebus Theologicis, & Fidei.* § 112. GERARD. A MASTRICK l. c. Cap. 10. MELCHIOR. LEYDEKERUS in *Facta Veritatis. Loc. 5. Controvers.* i. Contra prius negarunt, atque posterius adfirmarunt FRANCISC. BURMANNUS P. in *Synopsi Theologiae.*

150 CAPUT TERTIUM

sentare, & ad Voluntatis Liberae placitum efformare valet. *Psal. CXLVII. 5 (b).*

46. Ad quod attributum *Intelligentiae*, illam quoque *Divini Intellectus* virtutem licet referas, qua Deo facile, & promptum est, rebus extra se producendis, constituere ordinem, & fines, *ראשית Achirth*, & *אחות Achoth*, suis perfectionibus illustrandis idoneos: unde Deus a *posteriore Sapiens* dicitur, de quo mox. *Jes. XXXI. 2 (c).*

47. *Attributum Relativum & non necessarium*, quod *Divino Intellectui* inest, illa est *Scientia*, qua Deus intelligit res omnes extra se, earumque rerum causas medias, ne-

xum,

giae. Tom. I. Lib. I. Cap. 21. § 24.
CHRISTOPH. WITTICHUS *I. c. pag. 170. § 200.* PETR. ALLINGA *I. c. Decad. 9. & in Face Diffidii Extincta. Cap. 42.*

(b) Idearum Possibilium Notitiam Intellectui Dei esse Naturalem, & non ab illo Formari, adversus PETR. POIRETUM, (ut certos Theologos, & Philosophos omittam) in *Cognitionibus Rationalibus de Deo, Anima, & Mondo*. *Lib. 3. Cap. 7.* ut & in *Objectionibus, & Responsionibus*. pag. 766. contendunt GODOFR. HOFMANNUS in *Dissert. de Scientia Dei contra*

POIRETUM. ABRAHAM. PUNGELEURUS in *Dissert. de Rerum Possibilium Ideis in Deo*, *Opposita Cl. POIRETO*. PHILIPP. DAV. SCHROEDELIUS in *Quæstionibus, & Responsionibus de Existentia, & Virtutibus Dei*.

(c) Sapientiam Dei, qua in Omnibus Operibus suis, tam naturae, quam gratiae, Optimos non tantum Formare potest ac Intentit Fines, sed & eligit atque adhibet Media, quae ad Fines illos consequendos sunt. Aptissima, explanarunt SAM. MARESIUS in *Hydro Socinianismi. Tom. I. Cap. 24.* REINHOLD.

xum, ordinem, fines, effecta, modos, & relationes omnes, quae inter eas intercedunt: quippe quorum omnium nihil unquam extitisset, absque Libero Divinae Voluntatis placito. Haec cum respectu ad *Modum* percipiendi, a pura & simplice intelligentia distinctum, & naturae horum objectorum convenientem, dicitur *Scientia Visionis*, & *Liberia*, quae sequitur conceptum *Decreti*. *Hebr.* iv. 13. *Act.* xv. 18. *Pſ.* xxxiii. 13.

14.

48. Etenim cum in homine perceptio, sive intellectio praecedat voluntatem, quia homo non est causa rerum: in Deo, a quo omne ens, & omnis veritas pendet, necessario sequitur voluntatem: quia haec Dei scientia est conscientia Decretorum, quae prudente consilio, & libero placito suae Voluntatis antea secula fecit.

49. Quae *scientia*, cum pro objecto habeat in uni-

HOLD. PAULI in *Dissert. de Sapientia ex Proverb. 8.* CORNEL. DIETRICH. KOCHIUS in *Dissert. de ea, quod Deus sit Solus Sapiens.* FRIDERIC. ADOLPH. LAMPE in *Orat. de Summa Sapientia*, sub-

juncta ejus *Dissertation. Philologo-Theolog. Vol. 2. Jungendi Autores*, qui de Sapientia Dei in Operibus Divinis elucente commentati sunt,

(d) De

152 CAPUT TERTIUM

universum *omnia*, quae sunt extra Deum, Res, inquam, omnes, rerumque Modos, & Respectus omnes, merito vocatur *Omniscientia*. i Joh. III. 20.

50. Neque hic excipimus *Futura Contingentia* (d), quae dicuntur, quorum *Praescientiam* qui Deo negant, non modo injurii sunt in Prophetias, quae totidem hujus *praescientiae*

ar-

(d) Deum non Solum Naturam omnium Rerum Clare, & Perfecte Cognoscere, atque Illi Omnia, quae Facta sunt, Fiant, & *Futura* sunt, Nota esse; Verum etiam *Futura Contingentia*, sive *Actiones Creaturarum Rationalium*, tum Angelorum, tum Hominum a Deo Praesciri, adversus Socinianos, probatum dederunt (praeter nonnullos Scriptores de Scientia Dei supra adiuctos) JOANN. JUNIUS in *Refutatione Praelectionum Theologicarum FAUST. SCCINI*. Cap. 8. PETR. MOLINAUS in *Tract. de Omnicientia Dei*, qui exstat in *Enodatione Gravissimarum Quæstionum*. pag. 1 seq. item in *Thesib. Theolog. de Omnicientia Dei. Disputation. Sedanens. Tom. 1. SAM. MARESIUS l. c. SAM. RHETORFORT in *Examine Arminianismi. Cap. 2. Titul. 4. pag. 166. seq. JOANN. HOORNBECK in Socinianismo Refutato. Tom. 1. Lib. 2. Cap. 3. GEORG. ALBERT. HAGEDORMIUS in *Differt. de Dei Ae-***

terni Praescientia, quae est, *Differ- tation. Academicar. ejus Etbicae Tripartitiae adjectarum*, ordine 6. JOANN. MARCIUS in *Scripturariis Exercitationibus ad Loca Nov. Test. Exercit. 18. ad Actor. Cap. 15. v. 18. JOANN. CHRISTOPH. HARENBERGIUS in *Differt. Qua Hominem a Deo Creatum, esse ad Imaginem Dei Conditum, & ea maximam partem per Libertatis Abusum Homines Carere, ex Lumine Rationis Ostenditur*, inserta *Miscellaneis Lipsiensibus Novis. Vol. 1. Par. 3. JOANN. OWEN in de Arminianery Opengelegt. 3 Hoofdst. Speciatim Deum non tantum Maxima, verum etiam Minutissima Scire, aduersus PETR. POIRETUM dans l'OEconomie Divine. Tom. 1. Chap. 5. § 5. seq. comprobarunt JOANN. WOLFGANG. JAEGERUS in *Examine Theologiae Novae. Controvers. 6. & ZACHAR. GRAPIUS l. c. Quæst. 23.***

(e) Cir-

DE DEI NATURA, ET ATTRIBUTIS. 153

argumenta sunt, sed & privant illum honore insignis cuiusdam Perfectionis, quam Ratio, & Consensus omnium Gentium, Deo tribuit, & ipse sibi diserte in Verbo suo vindicat.

Jes. xli. 21. 22. xlvi. 9. 10. 11. Psal. cxxxix.

2.

51. Ad quam, cum Libertate arbitrii Entium Rationalium, conciliandam, qui *Scientiam medium* concipiunt, cuius fundamentum sit, independens a Deo nexus rerum possibilium in se, posita hac vel illa *hypothesi*, sic, vel alter eventurarum, ab ipso cognitus & perspectus. Primo quidem huic suae sententiae fundamentum substernunt falsum: deinde etiam difficultatem, qua se expedire conantur, non tollunt aut minuunt; sed potius augent. *Rom. xi. 36. Jer. x. 23. Prov. XVI. 9. Phil. i. 12.* Certe Scriptura S. Praescientiam futurorum contingentium, clarissime docet fundatam esse in *Divinis Decretis. Jes. XLVI. 10. 11. Act. XV. 19 (e).*

V

52. Re-

(e) Circa Modum, quo Deus Liberas Creaturarum Rationalium Actiones Praescit, Sedae nonnullae censem, Deum novisse, quid Homines, aut Angeli pro libertate sua facturi essent, sub Conditione si cum His, aut Illis Circumstantis, in Hoc vel Illo Statu, aut Ordine Con-

52. Relativo huic Attributo Scientiae Dei Librae accedit aliud SAPIENTIAE, qua Deus Vias

stituerentur. Haec Scientia Media adpellatur: quia, secundum hujus sententiae Patronos, partim sequitur ordinem rerum cognitarum per scientiam naturalem, partim ordinem rerum cognitarum per scientiam liberam, adeoque participat aliqua de utraque. Vocatur etiam a quibusdam Scientia Conditionata, quia versatur circa res sub Conditione Certa Consideratas. Licit JOANN. FRANCISC. BUDDEUS in Institutionibus Theologiae Dogmaticae. Lib. 2. Cap. 2. § 22. pag. 216. existimet, melius dici Scientiam Conditionatorum, seu de Futuro Conditionato, quia Conditio illa non in Intellectu Divino, sed potius in Objecto hujus praescientiae querendasi. Scientia haec Media, sive Conditionata, sive Conditionatorum, a nonnullis Coetibus excoigitata est, ad opinionem illorum, de libero Creaturarum rationalium arbitrio, defendendam. Magnum est sententiarum divortium, variaque in lucem prodierunt Opera; quis omnium primum hanc Scientiam Medium inveniret, atque evulgaverit. Videantur hac de lite Scripta amoebaea publici juris facta a JACOBO HYACINTHO SERRIO, ejusque antagonista LIVINUS DE MEYER. Quorum ille, sub ficto nomine AUGUSTINI LE BLANC, atque hic

THEODORI ELEUTHERI primum, latitare voluerunt. Utriusque Scripta percenset JEAN. PIERRE NICERON in Vita SERRII, Versionis Germanicae 18 Theil. 55 blatts. seq. Quisquis auctor, & vulgator hujus Scientiae Mediae sit; hoc constat, illam a Jesuitis, atque dein a Remonstrantibus esse Inseptam, & defensam. E Lutheranis nonnulli Medium Scientiam certo sensu admittunt, quos exhibit JOANN. ANDR. QUENSTEDT in Theologia Didactico-Polemica. Par. 1. Cap. 8. Sect. 2. Quaest. 7. pag. 316. atque de illa scribit BUDDEUS l. c. pag. 217. In sano autem sensu, & legitimo usu spectata, omnino probanda est. Etiam, quod forte miraris, inter nostrae Ecclesiae Doctores, licet sensu a memoratis Sectis diverso, Scientiam Conditionatam in Deo locum habere concedunt, ut FRANCISC. GOMARUS. Disputationum Theologicarum. Disput. 10. de Divina Hominum Praedestinatione Thes. 30. & 31. Oper. Par. 2. pag. 17. Cujus verba ita sonant. Sub indefinita autem praescientia (omnes simpliciter possibilium, modos recipiente) etiam illa, quam vulgo conditionatam nuncupant, continetur. Ea autem est, qua Deus ex infinito Scientiae suae lumine, sed certa conditione posita, praenovit. ANTON. WALAEUS in Locis Communi-

DE DEI NATURA, ET ATTRIBUTIS. 155

Vias, & Opera sua, a sapiente suo Consilio dependentia, intelligit, quatenus illa admirandum in modum, tum inter se connexa sunt, tum divinis Perfectionibus illustrandis inserunt. Singula nimirum sibi, singula & uni-

V 2 ver-

nibus. Oper. Tom. 1. pag. 174. & 175. Sed hic jam alia quaestio moveatur: an non sit aliqua Scientia Media in Deo, quae decretum antecedat? Video inter Orthodoxos Scriptores esse, qui eam non admittunt, quia videtur al qua infallibilitas in rebus conditionati circa Dei decretum, in ipsis rebus, aut rerum infallibili a se mutuo dependentia. Sunt tamen inter Orthodoxos nonnulli, atque inter illos GOMARUS, qui eam omnino statuendam putent; tum propter quaedam S. Scripturae loca, quae hoc vindicentur afferere; tum ut immutabilitas omnium Dei decretorum possit servari; & aliquo modo explicari possit, quomodo Deus per decretum suum non sit author, aut causa mali. cum his consentit LUDOVIC. CROCIUS locis a QUENSTEDIO l. c. adlegatis. De horum Theologorum sententia pronuntiat JOANN. HENRIC. HEIDEGGERUS in Corpore Theologiae Christianae: Tom. 1. Loc. 3. § 62. pag. 85. Licet enim scientia quedam Conditionata, cuius objectum est propositio conditionatis, ex Decreto Dei necessaria, Deo conveniat (quo sensu Orthodoxi Theologi nonnulli GOMARUS, WALEUS, CROCIUS, alii me-

diam Scientiam, respectu actionum materialium, ad quas Divina Providentia non effective, sed permissive concurrit, & supposito decreto conditionato, vel permissivo, tuerint; quia tamen rectius ad naturalem Dei Scientiam referrent) &c. Attamen plerique Reformati censent, omnem Scientiam Medium, & Conditionata, sive vocem, sive rem ipsam species, Deo denegandam esse. Memoratam sententiam Jesuitarum, & Remonstrantium circa Scientiam Dei Medium, e nostris Theologis refutarunt GUILIELM. TWISSUS in Dissert. de Scientia Media. GIBERT. VOETIUS in Dissertatione Epistolica de Termino Vitae ad JOANN. BEVERVICIUM, quae postea addita est illius Tom. 5. Selectar. Disputation. pag. 48. seq. MARTIN. NEITHENUS in Disput. de Conditionata, seu Media in Deo Scientia, inserta a VOTIO (sub cuius praesidio ventilata est) l. c. Tom. 1. pag. 264 seq. SAM. RHETORFORT l. c. pag. 162. seq. nec non in Exercitationibus Apologeticis pro Divina Gratia Exercit. 1. Cap. 5. THOM. AYLESBURY in Dissertatione de Acternis Dei Decretis. Cap. 1. FRIDERIC. SPANHEMIUS F. in

Vin.

156. CAPUT TERTIUM

versa Deo respondentia. *1 Tim. 1. 17.* Hinc
Deo tribuitur πλεῖτο τῆς οὐφλας. *Rom. xi. 33.*

53. VOLUNTATEM Deo adscribimus, quando de Deo cogitamus, tanquam qui se *libere* determinet ad *objēctum*, quod ipsi obversatur ut *bonum*: sive jam in se & per naturam suam, sive cum respectu ad quid aliud, aut ratione usus, ac finis sui, *bonum* dicatur (*f*).

54. Quod *Bonum* vel *physicum* est, vel *mōrāle*: utrumque verum, & proprium Voluntatis *objēctum*.

55. Hujusmodi Voluntatem nemo Deo neget, qui spiritualem ejus naturam, & illius naturae summam perfectionem agnoscit. *Matt. vi. 10. Rom. ix. 19.*

56. Cum vero per omnem Actum Voluntatis regnet LIBERTAS, quae illi tam est propria, & essentialis, ut omnis Voluntatis con-

ce-

Vindiciis Biblicis. Lib. 2. Loc. 3.
Mattb. II. v. 21. Protestantes non solum, verum etiam e Romanæ Ecclesiæ adseclis, in primis Dominicani, Jesuitarum sententiae se opposuerunt: quorum aliquos adduxit JOANN. GEORG. WALCHIUS in *Biblioteca Theologica Selecta. Tom. I. Cap. 2. § 15. pag. 176. Addendi*

Commentatores ad *1 Samuel. Cap. 23. v. 9. seq.* & *Matth. I. c.* ut & Eruditæ, qui opinioni supra delineatae quorundam Theologorum Reformatorum, & Lutheranorum obviam iverunt, quos laudat QUENSTEDT. *I. c.*

(*f*) Naturam Voluntatis Divinæ explanarunt Viri Doctri, qui de Va-

*Variis Vol
feruerunt,*

DE DEI NATURA, ET ATTRIBUTIS. 157

ceptus Libertatem involvat; & *Libertas* vere magna sit Entium Rationalium *Perfetio*: Voluntati divinae imprimis adscribenda erit. *Ps.*

CXV. 3.

57. Estque ea duplicis generis in Deo, aequae ac omni alio Ente Rationali, *Spontaneitatis*, & *Indiffereniae*. Quarum illa obtinet in Actibus Naturalibus, & Necessariis, vel etiam hypothetice Necessariis: haec in Arbitrariis; circa quorum objectum Voluntas per Naturam, & Perfectiones suas, necessario non determinatur (g).

58. Unde jam sequitur, Determinationes Divinae Mentis, sive Actus Divinae Voluntatis, triplicis esse generis, pro ratione Objectorum, circa quae versantur; *Necessarios*, *Arbitrarios*, & generis mixti, h. e. hypothetice *Necessarios*.

59. Primus, idemque naturalis *Actus* divinæ Voluntatis est, quo Deus in se ipsum fertur ut *summum bonum*, & omnis boni principium, & in se ipso, qua tali, deliciatur. *Voluntas* enim cum pro objecto habeat bonum, consequitur,

V 3

tur,

Variis Voluntatis Divisionibus dis- | in medium adducam.

seruerunt, quorum aliquos ad § 63. (g) Circa Liberatem Dei adeundi
prac-

158 CAPUT TERTIUM

tur, *Deum se ipsum velle, quia bonus est.* Ps. xxv. 8.

60. Immo quia *Deus solus bonus est,* Matth. xix. 17. patet, Deum nullas res velle extra se, nisi in quantum a se sunt, & ad se, hoc est, gloriam suam esse possunt, adeo ut ipse sit ultimus omnium suarum volitionum finis. Prov. XVI. 4. Rom. XI. 36. Heb. 11. 10.

61. Qui *Actus Divinae Voluntatis*, in Scriptura nobis proprie non proponitur, sub nomine *Voluntatis*, sed sub notione *Affectus*, sive *Charitatis*, sive *Zeli*: quatenus Deus se ipsum videns sibi *bonum*, imo & *decorum*, & *pulchrum*, per *Voluntatem suam* se ipsum quasi sibi ipsi unit, & *perfectiones suas* omnes summo prosequitur studio. Job. VIII. 50. Job. III. 35. Exod. XX. 5.

62. Est enim sane in Deo aliquid Deo convenientissimum, ideoque *pulchrum*, & *decorum*, quod Scriptura זְהֹרָה Decentiam, & Gloriam *Febovae* vocat, (Jes. XXVI. 4. Ps. LXVIII. 5.) puta *perfectiones*, *virtutesque* Dei omnes, Deum sumopere decentes, & amicissimo foedere veluti inter se conjunctas, atque ad magnitudinem

(praeter Auctores de Voluntate Dei) rum Divinorum illustrarunt, ad Cap. Theologi, qui Libertatem Decreto- pit. 5. § 21. commemorandi.

(b) Va.

DE DEI NATURA, ET ATTRIBUTIS. 159

nem, & summam excellentiam Dei nobis exhibendam amicissime conspirantes. ה' הוּא est Divinae Perfectionis excellentia, & decus, impri-
mis cum σχέσει ad Consilium exercendae gratiae.

63. Sed quando Scriptura de Dei Voluntate loquitur, non solet hac notione designare naturalem hanc, & necessariam Dei volitionem, sed potius Actus Divinae Voluntatis hypothetice Necessarios, vel Arbitrarios, ut sunt Prae-
cipendi, Decernendi, & Decreta Exequendi. Un-
de Voluntas Dei in Revelatam, & Occultam,
Signi, & Benepaciti, Praecepti, & Decreti, vulgo
distinguitur (b).

64. Est

(b) Varias Voluntatis Dei Distin-
tiones exhibuerunt, atque falsas,
in Antecedentem, ac Consequen-
tem, Absolutam, ac Conditiona-
tam, Efficacem, & Inefficacem,
refutarunt PETR. MOLINAEUS in
Thesib. Theolog. de Voluntate Dei.
Disputation. Sedanens. Tom. 1. SAM.
RHETORFORT in Examine Arminia-
nismi. Cap. 2. Titul. 5. pag. 170. seq.
& pag. 181. seq. nec non in Exer-
citionibus Apologeticis pro Divina
Gratia. Exercit. 1, & 4. JACOB.
TRIGLANDIUS in Antapologia, Cap.
4. JOANN. JACOB. HOTTINGERUS
in Exercit. Theolog. de Antecedent-
e, & Consequente Voluntate Dei,
subjuncta ejus Fatis. Doctrinae de
Praedestinations, & Gratia Dei Se-

lutari. Inspice, cui volupe est,
quae hoc de argumento differuerunt,
& disputarunt MOS AMY-
RALDUS in Thesib. Theolog. de Vo-
luntate Dei. Thes. Salmuriens. Par.
4. JOANN. FABRIUS in Dissert. de
Distinctionibus Voluntatis Divinae
inter Absolutam, & Conditionatam,
Antecedentem, & Consequentem,
Efficacem, & Inefficacem. DAN.
WYTENBACHIUS in Tentamine The-
ologiae Dogmaticae Methodo Scienti-
fica Pertractatae. Tom. 1. Loc. 3. pag.
255. seq. Ejusque adversarius JO-
ANN. ERNEST. SCHUBERTUS in Com-
mentat. Philosoph. de Voluntate Dei
contra Celeberr. WYTENBACHIUM.
Denique hujus patronus CHRI-
STIAN. EDMUNDUS in Dissert. Apo-
lo.

160 CAPUT TERTIUM

64. Est enim tum in *Praeceptis*, tum in *Decretis*, & eorum *exequutione*, conspicua quaedam quasi voluntatis Divinae determinatio (i).

65. PRAECEPTA saepius per Scripturam veniunt Nomine Voluntatis (*Rom. xii. 2. I Thes. iv. 3.*) quippe, quibus Deus declarat, quid ab homine fieri velit.

66. Hic tamen Voluntatem Praecepti latiore sumimus sensu, & per eam non illum tantum intelligimus Dei actum, quo homini officium suum praescribit, sed omnes quoque Actus Providentiae Moralis, qua versatur circa creaturas rationales.

67. Quod

loget. qua Cel. WYTTEBACHII Doctrina de Voluntate Dei a Nuperis Cl. SCHUBERTI Objectionibus Defenditur: quae exstat in Symbolis Literariis CONRAD. IKENII. Tom. I. Par. 2. Art. 4.

(i) Hoc loco memorare licet duo quaesita, quorum.

I. Est: Ad Voluntas Dei sit Causa Ompis Veritatis, Bonitatis, Realitatis, & Possibilitatis eorum omnium, quae non sunt Deus, aut extra Deum? quod cum adseruisset CHRISTOPH. WITTICHUS in *Theologia Pacifica*. Cap. 14. § 199. & 200, illum adgressus est PETR. VAN MASTRICHT in *Novitatum*

Cartesianarum Gangraena Sect. 2. Cap. 9. At contra hujus impetus illum defendere adnisi est PETR. ALLINGA Illustrium *Erotematum*. Decad. 9.

II. Habet: An Voluntas Dei sit Principium Moralitatis? adfirmarunt nonnulli Theologi, & Jurisconsulti: alii vero iniiciati sunt, qui aliud principium moralitatis statuunt: licet admodum inter se dissentiant, quid pro illo habendum sit. Diversas hac de re sententias, illarumque patronos scire cupiens, consulat THEODOR. CRUGERUM in *Apparatu Theologie Moralis*. Cap. 1. Sect. 1. § 4. *seq.* (k) No-

DE DEI NATURA, ET ATTRIBUTIS. 161

67. Quod igitur Deus non tantum facienda hominibus revelet, sed & credenda; Leges suas sanciat promissis & minis; homini non officium modo mandet, verum etiam per exhortationes, admonitiones, & contestationes officium ipsi persuadeat; & denique Leges suas, ut Judex, exequatur: omne hoc genus Actuum ob affinitatem referatur ad Voluntatem Praecepti. *Jes. xxxiii. 22.*
Fac. iv. 12.

68. Accensetur autem vulgo Voluntas Praecepti Actibus Divinae Voluntatis Arbitrariis, quia ejus hypothesis a libero Dei placi-
to pendet. Caeteroquin satis certum est,
positis Creaturis rationalibus, necessariam esse
legem, quae eas Deo subjiciat, & de morali
earum dependentia a Deo testetur. Cir-
ca quam Legem, quatenus Rationis est,
(cujusmodi lex est ea Amoris Dei, & Pro-
ximi:) Deus, qui summa Ratio est, se in-
differenter non habet. Caeterae Leges, quas
Scriptura δογμata vocat, sunt placiti, *Ephes. 11.*

15.

69. Actus DECERNENDI, & DECRETA EXE-
QUENDI, quos per se patet diversi esse gene-

162 CAPUT TERTIUM

ris, etiamsi hi illis subordinentur, in Verbo Dei passim quoque veniunt nomine *Voluntatis*, quod nomen iis propriissime tribuitur. Statuit enim iis Deus, quid ipse facere, aut permittere velit, & *actu ipso*, qui *Voluntatis* est, interveniente providentia efficaci, id exequitur. *Jes.* XLVI. 10. *Ephes.* I. 11. *Apoc.* IV. 11.

70. Caeterum Omne hoc *Velle Dei*, cuiuscunque sit generis, est *Velle perfectissimum*, pro summa, & absoluta Divinae Naturae Perfectio ne.

71. *Perfectiones* autem Divinae Voluntatis in Verbo Dei proponuntur notionibus **VIR-TUTUM**, **AFFECTUUM** laudabilem, & **ATTRIBUTORUM**, sic stricte dictorum. Caetero-quin enim nemo neget, *Virtutes*, & *Affectus* quoque Divinac Voluntatis recte dici *Attri-buta*.

72. De quo in genere observandum est, Scripturam, ubi de *Virtutibus*, & *Affectibus* Dei loquitur, de iis praecipue loqui cum *exercitu* ad *Opera Dei*, per quae *Virtutes*, & *Affectus* Divinae Voluntatis nobis innotescunt. Imprimis vero cum respectu ad

Con-

DE DEI NATURA, ET ATTRIBUTIS. 163

Consilium Gratiae, ejusque Executionem.

73. Virtus communis Divinae Voluntatis est Bonitas Moralis, sic dicta Philosophis. Ex qua, veluti ex trunco, plures enascuntur rami, ut sunt Sanctitas, Veracitas, Justitia, Fides, Bonitas Dei Relativa, &c. Quas Virtutes Deus in omni Actu suae Voluntatis, praecipue in Morali Providentia, qua versatur circa creaturam rationalem, demonstrat. Deus per naturam suam non physice tantum, sed & moraliter Bonus est, h. e. veri, juris, & aequi amans, Matth. xix. 17. Quidam dicitur, si quis

74. SANCTITAS Dei illa est Divinae Voluntatis Virtus naturalis, & necessaria, qua Deus se ipsum, siveque perfectiones omnes, omnemque veritatem, quae ex illis deduci potest, omnique factum, in quo illarum divinarum Perfectionum agnitus, & celebratio inest, summo studio, & intensissimo amore prosequitur, & vicissim omne verbum, & factum (si quod unquam forte concipiatur extare) in quo divinarum Perfectionum abnegatio inest, serio averatur. Scriptura adhibet notiones קדשוּ Sanctitatis, τὸν studii intensissimi, & תְּהִקָּה ze-

164 CAPUT TERTIUM

*zeli, Ps. lxxxix. 36. Amos. iv. 2. Ps. xxv. 10.
Exod. xx. 5. Nah. 1. 2 (k).*

75. Imo sane *sanctitas Dei* est *puritas Dei* moralis, secundum quam natura ejus excludit omne *inquinamentum spirituale*, h. e. vitium, virtuti oppositum: contra vero involvit *rectitudinem moralem* perfectissimam, secundum quam Deus se per naturam respicit, ut *moraliter bonum*, & omnis boni moralis principium, & exemplum; veritatis, juris, & aequi, per naturam amans; perfectionis ac gloriae suae studiosus; ab omni labore spirituali purus; peccatum, iniquitatem, impietatem, & vanitatem odio habens, & in impenitentibus puniens, ac vindicans; & denique per naturae suae sublimitatem, atque excellentiam majestatis suae, ab aliis rebus omnibus longissime secretus, easque transcendens infinitum, atque adeo intaminabilis. *Job. xxv. 4. 5. Ap. xv. 4.*

76. Sanctitas in homine ea humanae volunta-

ta-

(k) Notionem Sanctitatis Dei, qua ab Omni Perfectione Morali longissime Remotus est, atque nihil, nisi quod perfecte bonum sit, Secatur, atque Operatur, exposuerunt HERMANN, ALEXAND. RO-

ELLIUS in *Disput. Theolog. de Sanctitate Dei, & Hominis. AUCTOR Observation. S. Lib. 3. Cap. 12. § 10. seq. nec non in Commentar. ad Jesaiæ Cap. 6. v. 3. pag. 151. seq.* JOANN. LAURENT. MOSHEMIUS im der

DE DEI NATURA, ET ATTRIBUTIS. 163

tatis virtus est, qua vero, & devoto studio hanc
Divinae Voluntatis naturalem perfectionem,
sive affectionem, prosequitur, & se ei, pro vi-
rili adjutus gratia Spiritus S. conformare
studet. Haec apud Paulum est ὁ θόρυβος τῆς αληθείας, si-
ve ἡ ἀρχὴ Ephes. iv. 24.

77. Sanctitas haec involvit Dei VERACITA-
TEM, quam prodit in omni *Revelatione*, per
quam se cum Entibus Intelligentibus com-
municat, in *Natura*, & *Gratia*. Jer. x. 10.
Ps. cxxxix. 3 (l).

78. Et JUSTITIAM quoque, quae Deo passim
in Verbo ejus asseritur, cuius Virtutis pe-
culiaris respectus est ad Voluntatem Dei Praeci-
pientem. Ps. xi. 9. Deut. XXXII. 4.

79. Est autem *Justitia* illa *Divinae Volunta-*
tis Virtus, qua Deus creaturae rationali prea-
scribit Praecepta aequa, & *Justa*, hoc est,
X 3 ju-

der Vorbereitung zu der Geistlichen
Sittenlebre § 10. Inspice adhuc, si
lubet, Scripta controversa a CHRISTIAN.
DREIERIO, & ABRAHAM.
CALOVIO de hac Virtute Dei in lu-
cem emissa.

(l) Huc pertinet contentio ma-
gno animorum aestu inter Carte-
sianos, illorumque Adversarios

agitata: an Deus Fallere Posset, si
Velit. Videantur de hac lite Au-
tores, quos adduxerunt ZACHAR.
GRAPIUS in Systemate Novissimarum
Controversiarum Tom. I. Cap. I.
Quæst. 23. & PIERRE BAYLE dans
Dictionnaire Historique, & Criti-
que Tom. 4. in v. RIMINI pag.
m. 57.

(m) De

166 CAPUT TERTIUM

juri Dei, & creaturae convenientia, & promissa, minasque, iis adjecta, constantissime secundum tenorem statuti juris exequitur. *Neb. ix.*
13. Rom. vii. 12. Rom. ii. 6 (m).

80. Etenim cum Deo conveniret, creaturae rationali praescribere Legem; non potuit praescribere aliam, quam in qua esset demonstratio veritatis, sanitatis, & amoris Dei erga se ipsum: hoc est, *Justam.*

81. Sic ex. gr. in lege illa perfecta: *Amarbis Iehovam, Deum tuum, &c.* (*Deut. vi. 5.*) clarissimum inest argumentum, Deum se ipsum amare, quod consentaneum est rationi: quare dicitur *santa*, sive *Justa*, quia *sanctitas* Dei erga homines accipit nomen *Justitiae.*

82. Iusdem vero *Virtutis* est legem Promissionis, & Minis sancire, cuius est legem dare, ut sub-

(m) *De Justitia Supremi Numinis, qua Suum Cuique Tribuit,* (praeceps Viros Doctos ad sequentes Aphorismos adducendos) commentari sunt *GIBBERT. VORTIUS* in *Disputat. & Append. de Jure, & Justitia Dei, Selectar. Disputation. Par. 1.* pag. 339. seq. *IOANN. OWEN* in *Diatr. de Justitia Divina. LAMBERT. VELTHUYSIUS*

in *Tract. de Justitia Divina, & Humana. Oper. Tom. 1.* pag. 1. seq. *FRIDERIC. SPANHEMIUS* in *3 Disputation. de Personarum Acceptione apud Deum. Oper. Tom. 3.* col. 1273. seq. *JACOB. GUILIELM. FEUERLINUS* in *Dissert. de Justitia Dei, & Justa ejusdem Idea. ELIS. COLES* in *ryne Verbandeling van Gods Souvereiniteit.* 62. bladz. 272.

(n) Cit-

DE
subdi
obser
Legil
Dent.
83
ratione
deliciis
84
toribus
quia li
fitiae,
bitar, l
85
pertine
leges, q
condition
poenae h
Justitia L
86. 2 The
86. Solu
fitiae, par
(n) Circa
Creaturis Res
ores, quod
WENPHALUS in

DE DEI NATURA, ET ATTRIBUTIS. 167

subditis in promptu sint argumenta, cur legi obsequium praestent, & clarissime intelligent, Legislatorem obsequium illud serio postulare.

Deut. xxx. 16. 17.

83. Quod ubi Deus agit, *Justitiae* pariter rationes observat, praemium meritis, & poenam delictis aequans. *Deut. xxxii. 4.*

84. Imo sane praemia, etiam amplissima, Cultoribus suis, supra eorum merita, statuit. Quod quia liberalitatis potius videtur esse quam *Justitiae*, hoc ipso nomine BONITAS Deo adscribitur, *Ps. LXXXIII. 1. Ps. XXXIV. 9 (n).*

85. Tandem vero ad *Justitiam* quoque Dei pertinet, hominem secundum legem judicare; leges, quas dedit, secundum earum praescripta, conditiones, & sanctiones, tam praemii, quam poenae habita ratione, exequi. Quae dicitur *Justitia Legis Executoria, a Legislatoria distin-*
cta. 2 Thess. 1. 6. 7. 8.

86. Solet autem Scriptura illa divinae *Justitiae* partem, qua promissorum fidem liberat,

(n) Circa Bonitatem Dei, qua Creaturis Benefacit, adi. sis, Auctores, quos memorat MICH. LIMENTHALS. in *Theologisch-Homiletic*. | sebet Archivario. pag. 157. seq. Juh-
gendi Eruditi. qui de Amore, Gratia, Misericordia, & Longani-
mitate Dei disseruerunt.

(o) Ju-

rat, vocare FIDEM, & Constantiam Dei, Ps. CXVII. 2. Ps. XXXIII. 4. cum contra, vocabulum *Justitiae* saepe, & satis familiariter, restringant ad illam Divinae *Justitiae* partem, qua Deus peccatum vindicat: quod observandum contra Socinianos. 2 Chron. XII. 6. Jes. V. 16. Apoc. XVI. 5 (o).

87. Ut enim ratio infert *Justitiae*, suspensa praemia victoribus distribuere, sic eadem docet,

(o) *Justitiam Vindicativam*, qua Deus Peccata Punit, Enti Perfectissimo esse Naturalem, adversus Socinianos, illorumque adseclas, ostenderunt SIBRAND LUBERTUS de *Iesu Christo Servatore contra FAUST. SOCINUM.* Lib. I. Cap. I. JOANN. JUNIUS in *Refutatione Praelectionum Theologicarum FAUST. SOCINI.* Cap. 16. seq. JOANN. HOORNBEK in *Socinianismo Confutato.* Tom. 2. Lib. 3. Cap. I. pag. 521. seq. SAM. MARESIUS in *Hydra Socinianismi.* Tom. I. Lib. I. Cap. 23 pag. 290. seq. JACOB. TRIGLANDIUS in *Anteologia Cap. 15.* BERNARD. SEBAST. CREAMER in *Disput. Theolog. de Justitia Dei, praeferimus de Vindicativa:* item in 3 *Disput. Theolog. de Temperamento Justitiae, & Misericordia Dei, & de Satisfactionis Christi Necessitate* FRANCISC ULRIC. RIES in *Dissert. Philosoph. de Justitia Dei,*

& quod *Vindicativa Deo sit Naturalis.* FRANCISC ALBRECHT SCHULTZIUS in *Dissert. sub praesidio CHRISTOPH. LANGENHANSII* habita de *Concordia Rationis cum Fidei Locis de Justitia Dei, & inde Profluente Necessitate Satisfactionis.* BERNHARD. DE MOOR in *Disput de Justitia Vindicativa Deo Essentiali.* JEAN. CLAUDE dans les *Oeuvres Postumes.* Tom. 2. Liv. I. Chap. 7. Addae Auctores, de Necessitate Satisfactionis Justitiae Dei pro Peccatis, ad Cap. 22. adlegandos: ut & Theologos, qui JOANN. CONRAD. DIPPELIUM, *Justitiam Vindicativam Deo Essentiali esse negantem, refutarunt, quorum Syllobum dedit JOANN. GEORG. WALCHIUS in Bibliotheca Theologica Selecta.* Tom. 2. Cap. 5. Sect. 17. § 69.

(p) Quae-

DE DEI NATURA, ET ATTRIBUTIS. 169

cet, delicta secundum legem punienda esse, si *Resipiscientia*, & *Gratia Principis* non interveniant. Quo pertinent loca *Exod.* xx. 5. 2 *Thes.* i. 6. 7. 8. *Rom.* 1. 32. *Exod* XXXIV. 7. *Gen* xviii. 25. *Nab.* i. 2. *Pf.* l. 21.

88. Consilium autem exercendae *Longanimitatis* in poena differenda, & *Gratiae* in auferranda, quod Divina Revelatio nobis exponit, & partim etiam *experientia* confirmat, non turbat rationes *Divinae Justitiae*: quippe quod testatur de summa Dei *Æquitate*, & *Clemencia*, insignibus Dei perfectionibus, quae *severitatem Justitiae* Divinae moderantur. *Pf.* XCIX. 4.

89 Sed, quod hic praecipue observandum est, ex eodem Verbo Dei docemur, Consilium exercendae Longanimitatis consequens esse Consilii *Gratiae*, & ab eo veluti pendere: Gratiam vero Deum non impertiri peccatoribus, nisi cum respectu ad Christum Filium suum, Mediatorem, & Pontificem Testamenti *Gratiae*; qui loco, & vice electorum Credentium, & Resipiscientium, quam illi debebant, poenam luit, & divinae *Justitiae* postulato satisfecit. De quo suo loco. *Rom.* III. 25.

Y

90. Quod

170 CAPUT TERTIUM

90. Quod vero praeterea non inter nos tantum & Socinianos, sed & inter ipsos Ecclesiarum nostrarum Doctores controvertitur: An Deus absque respectu ad sponsionem, & satisfactionem Christi, vel simpliciter, absque ulla interveniente satisfactione poenali, peccatoribus, gravissimis etiam, delictorum veniam facere possit, eosque a poena peccati liberare, per summam suam, & absolutam potestatem: forte difficilis, & curiosus quae situm est, quam ut ab homine modesto audacter definiatur, vel anxie disputetur. Ardua enim & difficilis hominibus res est, extremos limites Divinae Potestatis, & Juris accurate definire (p).

91. Quan-

(p) Quæstio ventilata est inter Ecclesiae nostræ Doctores: an Deus, consideratus citra Decretum, Salva Justitia sua, absque Satisfactione, pro Absoluta Potestate sua, Peccata condonare Potuerit? Adfirmarunt, ut ceteros omittam, GERARD. JOANN. VOSSIUS in Responsione ad Judicium HERMANN. RAVENSPERGERI Cap. 28. seq Oper. Tom. 6. pag. 907. seq. GUILIELM. TWISSUS in Vindiciis Gratiae. Lib. I. Par. 1. Sect 25. HERMANN. ALEXAND. ROELLIUS in Explicatione

Catecheses Palatinæ Domin. 4 Quæst. 12. REINER. VOGELSANGIUS in Disput. de Foedere Dei Gratio/ o. 4. seq. BERNARD. SEBAST. CREMER in 3 Disput. Theolog. de Justitiae, & Misericordiae Dei Exercitio, nunc Impossibili, olim Possibili. Item in Vindiciis ANTON. DRIESSENII Illustratis. pag 74. seq. nec non in Praefatione Tom. 2. ejus Antiquitatum Moaico-Typicarum. Denique in het Naschrift, en Aanmerkingen tegen A. DRIESSEN, gevoegt agter zyn Boek over de See kerbeyt, en Weerdigheit van de Sin en.

91. Quantum tamen nobis videtur, Ratio,
& Scriptura neganti sententiae favent. *Ratio*
quidem, quae docet, posse dari tam atrocia
crimina, ut Deus se ipsum plane videretur
negligere, & sui nullam habere rationem,
nec peccatum, per se detestabile, tantopere
aversari, si absque ~~utrumq;~~ satisfactionis inter-
veniente ea condonaret. *Scriptura* vero, quae
ab altera quidem parte hanc ipsam rationis
doctrinam variis locis confirmat, *Exod* xx. 7.
Deut. XXIX. 20 *Gen.* XVIII. 24. *Act.* XXVIII. 4.
Ab altera vero, de *satisfactione Christi*, tan-
quam de *necessaria ad Redemptionem Ieminis*
electi loqui videtur, & hanc necessitatem,

Y 2

ubi

en-Voorbeeldiche Godegeerdt, 259
blatz enz Contra negarunt GIS-
BERT. VOETIUS l. c. & Problematum
de Merito Christi Par. 24. c Par 2.
pag 238 seq FRANCISC. TURRETINUS
Disputat de *Satisfactione Christi*
Dispuv. 2. § 16. seq PROFESSORES
LEYDENSES in *Judicio Ecclesi-
stico Laudato*. Cap. 5. § 3. AN-
TON DRIESSEN in *Dissert. de Vin-
diciois Justitiae Divinae*, & *Satis-
factionis Iesu Christi Necessitate non*
Hypothistica, sed *Absoluta*, Opposita
Disputat. B. S. CREMER de *Dei*
Justitiae Vindicativae, & *Miseri-
cordiae Exercitio nunc Impossibili-*
olim Possibili, nec non in *Mantissa*
adnexa *Tractatu*, *Inscripto*, *Lumen*,
& *Doctrina Scripturae* s. item in de
Voorreden van zyne Verklaring over
het Hogelied: ut & in bet *Antwoord op*
de Vindiciae Illustratae van den Heer
PROF. CREMER. Postremo in bet *Na-
schrift tegen de Voorreden van den*
Heer PROFESSOR CREMER voor den
*2 Tom. van de Antiquitates Moysi-
co-Typicae*. Videatur adhuc, quae
de hic quaestione tradit ALBERT.
VOGET in *Institutionibus Theolo-
giae Christianae*. Cap. 4. pag. III.
seq.

(q) Ad.

172 CAPUT TERTIUM

ubi amorem Dei, cum respectu ad medium, & modum redemptionis nostrae, summopere extollit, supponere. Job. iii. 16. Heb. ii. 10. Heb. vii. 26.

92. Potestati autem, & Juri Divino, hac sententia nihil derogatur, quia limites Divinae Potestatis, aequa ac Potentiae, finiuntur ab ejus *Æquitate, Justitia, Sanctitate, & Amore Gloriae, & Perfectionis Majestatisque ipsius,* atque adeo consistunt intra terminos rationis.

93. Modestia tamen nos cohibebit, ne *Modum, & Gradum Justitiae Dei Vindicanti,* in quoque casu exercendae, fidenter praescribamus.

94. Ad has jam *Virtutes Morales*, quas modo descripsimus, accedunt *AFFECTUS*: qui ipsi quoque ad *Voluntatem Divinam* praecipue pertinent, & in illius Operationibus demonstrantur; quos Scriptura passim Deo tribuit (q). Cujusmodi sunt; *Amor. Odium, Ira, Zelus, Poenitentia, Longanimitas, Misericordia,*

(q) Adfectus Dei generatim illustrarunt, & illos, in Literis S. Deo insiproprie tribui, demonstra-

runt JOANN. HOORNBEEK in Soci-nianismo Confutato. Tom. 1. Lib. 2. Cap. 6. SAM. MARESIUS in Hyde

DE DEI NATURA, ET ATTRIBUTIS. 173

dia, Gratia, Metus, Desiderium, &c iis exceptis, quorum conceptus vitium involvit.

95. De quibus Verbum Dei, in variis casibus, tam *pintas* loquitur, ac si vere supponeret, Divinam Mentem omnis generis *commotionis* non prorsus esse expertem. *Deut. xxxii. 20. Fer. xxxi. 20. Hos. xi. 8.*

96. Varia tamen Ratio summae Dei perfectionis, &, aliis quoque in locis, ipsum Dei Verbum, nos docent, quae de *Affectibus* Dei dicuntur, *improprie esse accipienda, & deontenias exponenda.* *Sam. xv. 29.*

97. Proinde cum in hominibus ita obtineat, ut *Virtutes Morales* moderentur *Affectus*; facile intelligimus, nullum esse hunc usum *Virtutum* in Deo, cum respectu ad *Affectus*, qui ipsi tribuuntur.

98. *Affectus* itaque in Deo duo videntur significare; *a.* Voluntatem Divinam naturaliter sic esse affectam, ut veluti propendeat ad certum genus *volitionis*, quod homines non exercent nisi cum *commotione*. *b.* Deum effecta

Y 3

ede-

Socinianismi. Tom. 1. Lib. 1. Cap. 29. NICOL. GURTLEUS in Institu-
tione Theologica. Cap. 3. § 132. | JOANN. LAURENT. MOSHEMIUS im
den Sitten - Leb're der Heyligen
Schrift. 2 Theil. 1 Capit. 16. § seq.
Piae-

174 CAPUT TERTIUM

edere, illis naturalibus suae Voluntatis affectiōnibus congrua, qualia homines edere solent cum commotione.

99. a. *Affectus* notare naturales quasdam Divinae Voluntatis Affectiones, sed sejunctas ab omni commotione, inde clarissime liquet: quod Scriptura de *Affectibus Dei*, loquatur tanquam de *Virtutibus*, doceatque fundamen-tum eos habere suum in ipsa Dei natura. *Exod.* XXXIV. 6. 7. *Ezech.* XVIII. 21. *Nah.* I.

2. 3.

100 Proinde ubi Scriptura Deum docet esse *Gratiosum*, *Longanimem*, *Tardum ad iram*, *pacata & peccatores Ouisse*, *improbis Irasci*, in bonis sibi *Complacere*: primo intelligendum est, Voluntati Divinac has inesse, per naturam, *lau-dabiles affectiones*, ut peccatorem potius ser-vare cupiat, quam perdere; justitiam suam tem-peret clementia; poenam facile differat; pec-cata per naturam suam aversetur; bona opera approbet, & laudet. Quae itaque *Affectiones Di-vinae Voluntatis*, vere sunt ejusdem Divinae Vo-lun-

Praeterea HIERON. ZANCHII *Theofin* | *Sensu*, quo Scripturae dant illam
de Natura Dei. Lib. 4. Cap. 6. Oper. | *Deo, Vero, & Proprie ei Attribui-*
Tom. 2. Col. 407. *Ira*, inquit, eo | *iur*, notavit ANDR. RIVET in
Com-

DE DEI NATURA, ET ATTRIBUTIS. 175

luntatis *Virtutes*. Etsi haec ita exponenda sunt, ut cum *Libertate Dei* non pugnant.

101. b. Praecipue tamen constat, *Affectus* in Deo explicandos esse per *effectus*, analogos *effectibus*. sive operationibus, quas homines ex *affectu* edunt.

102. Ex gr. *Amor Dei*, qui Deo inter *Affectus* frequentissime adscribitur, in Deo notat *Voluntatem benefaciendi* hominibus; *Odium*, voluntatem eos separandi a sua communione; *Ira*, voluntatem eos perdendi. Quae Voluntas tam spectari potest in *Decreto*, quam in illius *Exequitione*.

103. *Amor Dei erga homines*, ubi sumitur pro voluntate Dei aeterna, hominibus benefaciendi in Christo, in Scholis *Benevolentiae* vocatur: *Rom. v. 8.* i *Job. iii. 1.* sed quo Deus versatur circa electos, jam credentes, & a se dilectos, *Complacentiae*. *Job. xiv. 21.*

104. Verum *Complacentiae affectus*, licet affinis sit *amori*, est tamen ab *amoris affectu* distinctus.

105. *Amor*

Commentar. in *Psalm. 2. v. 5.* Oper. Tom. 2. pag. 13. Speciatim Auctores, qui de Sin-

gatis *Affectibus*, Deo in Pandectis S. adscriptis, egerunt, scire desiderans, eadat MARTIN LIPENIUM

176 CAPUT TERTIUM

105. *Amor* itaque Dei rectius distinguitur in *Amorem Benevolentiae, & Beneficentiae*; quorum ille est *Decreti*, hic *Exequutionis Decreti*: quod idem de *Affinibus Affectibus* quoque observandum est, qui veluti species sunt Divini *Amoris*.

106. *Amor* enim Dei, ubi spectatur ut voluntas benefaciendi *misero*, misericordia, (*Exod.* xxxiv. 6. *Tit.* iii. 4. 5.) *nil merenti*, gratia, (*Rom.* xi. 6. *Ephes.* ii. 7. 8. 9.) *peccanti*, tolerantia, & longanimitas audit. *Rom.* ii. 4. 5. *Exod.* xxxiv. 6.

107. Reliqui *Affectus*, ut sunt *Poenitentiae*, *Odii*, *Irae*, *Desiderii*, &c. his *ἀναλόγως*, ex principiis jam demonstratis, facile explicantur, ut v. gr. *Poenitentia* notat, a. Deum serio vel le officium hominis, ad fines sibi, & *naturae* hominis convenientes. b. Hominem illud officium Deo debere. γ. Quod cum negligat, atque adeo fini, ad quem per *naturam* ordinatus est, non respondeat, Deo illum *dispicere*. δ. Nec convenire rationibus *Divinae Sanctitatis*,

NIUM in Biblioteca Reali Theo- THALIUM in Theologisch-Homileti-
logica. in v. & MICH. LILIEN- scher Archivario. pag. 158. seq.
(r) De-

tis, ut eum hoc statu amplius toleret. Proinde opus hoc suum velle destruere, quatenus id hominis patitur natura, & locum facere meliori. Gen. vi. 6. & sic in caeteris.

108. A *Virtutibus* vero, & *Affectibus* distinguuntur duo *Naturalia*, & excellentissima *Divinae Voluntatis ATTRIBUTA*: quorum illud ad *Voluntatem Decernentem*, hoc ad *Decreti Exequitoriam* pertinet, *Independentia*, & *Potentia*. De aliis enim *Attributis Voluntatis Dei decernentis specialioribus*, deinceps agendi locus est, ubi de *Decretis*.

109. Per *INDEPENDENTIAM* illud intelligo *Attributum Divinae Voluntatis*, quo summa cum libertate, absque ullo alterius rei respectu, praeterquam *Gloriae suae*, statuit de omnium rerum praeter se naturis, proprietatibus, modis, ordine, & finibus, κατὰ τὴν εὐδοκίαν τῆς θελήματος αὐτῆς. Ephes. i. 5.

110. Dic, *POTENTIAM* illud esse *Divinae Voluntatis ATTRIBUTUM*, quo mero nutu, & imperio suo extra se producere potest, quicquid intelligit esse posse ad se (r). Estque pro dupli-

Z

ci

(r) *Deum Omnia Possibilia*, So- | se, comprobarunt DAN. CHAMIE-
lo *Voluntatis Nutu*, Efficere Pos- | RUS in *Panstratia Catolica*. Tom. 2.
De- | Lib.

178 CAPUT TERTIUM

ci οχέοι, qua nobis obversatur, *Absoluta* (*Luc.*
1. 37. Phil. 111. 21. Matt. xxvi. 53.) *vel*
Ordinata. גּוֹרָה, תְּכִיָּה, ḥayāpis. *Jes. XL. 26. Rom.*
XI. 23.

III Per

Lib. 2. Cap. 1. seq. GIBERT. VOETIUS in *Disput. de Potentia Dei.*
Selectar. Disputation. Par. 1. pag. 402. seq. & Problematum de Deo.
Par. 8. l. c. Par. 5. pag. 113. seq. FRIDERIC. SPANHEMIUS P. in *Dubiis Euangelicis.* Par. 3. *Dub. 36. ad Matth. 3. v. 9. RADULPH. CUDWORTHUS* in *Systemate Intellectuali.* Tom. 1. Cap. 4. *Insuper conferri possunt Elenctici, qui errores Pontificiorum, & Lutheranorum circa S. Coenam refellerunt, suis locis ad Cap. 23. adlegandi.*

Circa Omnipotentiam Dei variæ motae sunt lites.

I. MELCH. LEYDEKKERUS in *Fa- te Veritatis.* Loc. 5. *Controvers. 2. Voluntatem, & Potentiam Dei,* Sensu Formali non Distingui debe- re, adversus FRANCISC. BURMANNUM P. & CHRISTOPH. WITTICHUM (lo- cis mox citandis) evidere conatus est. Horum vero patrocinium in se suscepit PETR. ALLINGA in *Face Diffidii Extincta.* Cap. 43.

II. An Deus etiam ista possit facere, que implicant contradictionem? disceptarunt CHRISTOPH. WITTICHUS in *Theologia Pacifica* Cap. 14. § 201. seq. PETR. ALLINGA *Illustrum Erotematum Decad.* 9. II-

lorumque Antagonistae PETR. VAN MASTRICHT in *Novitatum Cartesiu- rum Gangraena.* Sect. 2. Cap. 11. MELCH. LEYDEKKER l. 6. Loc. 3. *Controvers. 15. GERARD. DE VRIES* in *Disquisitione de Contradictoriis Deo Possibilibus*, addita ejus Exer- citationibus Rationalibus. pag. 366. seq. ZACHAR. GRAPIUS id *Systema- te Novissimarum Controversiarum.* Tom. 1. Cap. 1. *Quaest. 24.*

III. PHILIPP. LIMBORCHIUS in *Theologia Christiana.* Lib. 2. Cap. 15. § 6. seq. FRANCISC. BURMANNO P. *Spinosisum exprobavit, ob Sententiam suam circa caussam possi- bilitatis, vel impossibilitatis rerum in Synopsi Theologiae* Tom. 1. Lib. 1. Cap. 25. § 9. ubi ejus verba ita sonant. *Sicut autem causa, cur ali- quid sit possibile, non est in ipsa re, quatenus illa potentiam Dei praecede- ret; ita etiam, cur aliquid impossibile sit, causa est non in ipsa re (cum impossibile mera sit negatio) sed in ip- sa Dei potentia, quia Deus illud non potest velle, aut facere; quod tamen non potest, non propter potentiae defectum, sed abundantiam ejus, At BURMANNI caussam egit JOANN. VAN DER WAEYEN, illiusque FI- LIUS in *Libris Apologeticis* supra pag. 65. memorati.*

IV. An

DE DEI NATURA, ET ATTRIBUTIS. 179

III. Per *Absolutam* vero *Potentiam* suam
cum Deus absolute omnia possit, quae non
pugnant cum summa sua perfectione, & re-
rum ipsarum natura, *Omnipotentia* dicitur.
Aboc. IV. 8.

Apoc IV. 8.

112. *Attributa totius Dei vitae merito rur-
sus dispescuntur in Naturalia, & Relativa. Na-
turalia quidem, cuiusmodi sunt, Beatitudo
sive Felicitas, & Potestas Dei ; Relativa,
in quibus a me recensentur ejus Domi-
nium, Auctoritas, Gloria, Majestas, & Om-
nipraesentia.*

113 BEATITUDO in Deo notat, tum *nul-*
lius rei indigentiam, *Act. xvii. 25.* tum sum-
mam & constantem, ex conscientia summae
perfectionis, *laetitiam*, nulli subjectam con-

Z 2 ~~1968~~ 201 tur-

IV. An Contradictoria proprie-
loquendo credi possint, disputa-
runt JOANN. ALPHONS TURRETINUS
in Cogitationibus de Sensu Communi.
Thes. 31. ut & in Solutione Quæstio-
nis: Utrum doçsara sive Contradi-
ctoria, proprie Loquendo, Credi Pos-
sint: quæ prostat in ejus Cogita-
tionibus, & Dissertationibus Theolo-
gicis. Vol. 1. pag. 51. seq. Hujusque
adversarii CHRISTOPH. MATTH.
PIAFFUS in Dissert. de Consecratio-

*ne Veterum Eucharistica. adnexa
Irenaei Scriptis Anecdotois. pag. 468.
seq. item in Dissertatione Apologetica de Contradictoriis. Num, Proprie
Loquendo, Credi Possint contra J. A.
TURRETINUM. nec non DAN. MAI
CHELIUS in Examine Dissert. J. A.
TURRETINI contra C. M. PEAFFUM
de Quaestione, An Contradictria
Credi Possint, in Doctrina de Reali
Praesentia Corporis, & Sanguinis
Christi in S. Coena.*

(3) De

180 CAPUT TERTIUM

turbationi. *1 Tim.* i. 11. vi. 15. *Ps.* xvi. 11. *xxxvi.* 10 (s).

114. POTESTAS Dei (*ἐξουσία*) dicatur esse *Jus illud Dei independens*, quo *Deo competit de omnium rerum extra se naturis, modis, ordine, nexu, & finibus, pro placito suo, statuere.* *Rom.* ix. 20. 21. (t).

115. Hoc jus fundatum est in *primitate*, sive, (venia detur verbo) *Principietate Dei*, cuius Deus sibi natura conscientis est. Ut enim Deus naturaliter, & necessario intelligit *se esse*; sic pariter intelligit, nihil esse praeter se, aut esse posse, nisi a se.

116. Per DOMINUM DEI, quod in *Relativis Vitae Dei Attributis* primum a me locatum est, intelligas *Potestatem illam Dei*, relatam ad res actu existentes; sive *jus Dei sum-*

mum

(s) *De Beatitate Dei*, qua distincta conscientia aeternae possessoris omnium suarum Perfectiorum in se, summa laetitia aequiescit, videri possunt *Auctores de Beatitudine Fidelium* post hanc vitam ad Cap. 18. adducendi, nec non *Commentatores ad 1 Timoth.* Cap. i. v. 11. & Cap. 6. v. 15.

(t) *Supremum Numen, Absoluta Potestate de omnibus rebus possibilibus, pro beneplacito suo, dispo-*

nendi, cumque creaturis agendi, praeditum esse, demonstrarunt *GESSBERT. VOETIUS in Disputat. & Append. de Jure & Justitia Dei. Select. Disputat. Par. 1. pag. 339. seq. SAM. MARESIUS in Disput. Theolog. de Jure Dei in Homines*, quae exstat in *Sylloge Disputat. Selectior. Par. 2. pag. 526. seq. MOS. AMYRALDUS in Dissert. de Jure Dei in Creaturas. Dissertat. Theolog. Dissert. 2. Huic se opposuit STEPHAN. CUR-*

DE DEI NATURA, ET ATTRIBUTIS. 181

mem de rebus existentibus, earum ordine, statu, regimine, finibus, disponendi pro independenti placito suae voluntatis, habita tamen semper ratione suae sanctitatis, & juris, conscientiis creaturarum impressi. Hebraeis נְשָׁלָמָה. Ps. CXLV. 13. I Chron. XXIX. 11. I Tim. VI. 15. Fac. IV. 12.

117. Fundamentum hujus Dominii sit, quod omnes creaturae a Deo sint, creentur, & conserventur. Ap. IV. 11. Exech. XVIII. 4. Matt. XX. 15.

118. Ex hoc Dominio Dei, nec non superioritate, excellentia, & veracitate ejus, oritur summa Dei AUCTORITAS, obligandi conscientias hominum ad fidem & obsequium. Fac. IV. 12.

119. Quod Dominium cum Deus demonstret in amplissimo Imperio, quod exercet in universam naturam rerum, quam secun-

Z 3 dum

CURCELLAEUS in Vindiciis, quibus Sententia D. Arminii de Jure Dei in Creaturas Defenditur adversus Mos. AMYRALDUM, quae leguntur Oper. pag. 735. seq. Objectionibus CURCELLAEI respondit ANDR. ESSENIUS in Differt. de Subjectione Christi ad

Legem Divinam. Cap. 2. subjuncta Libro, cui titulus Triumphus Crucis. Evolve adhuc ELIS. COLES in zyne Verbandelingevan Gods Souvereiniteit: nec non Ecclesiae nostrae Doctores de Decreto Praedestinationis ad Cap. 5. commemorandos.

(e) De

dum certas leges, pro placito suo constitutas, regit, & administrat: maxime vero in Entia intelligentia, quibus ut Imperator cum amplissima potestate praeest, ea tam gubernando, quam judicando, REGNUM (מלכות) illi adscribirur, & Rex appellatur, *Ps. cxlv.* i. *Tim. vi. 15* (u).

120. Consequens illius est MAJESTAS Dei; (הָרָה: גְּדוֹלַה) summa nimirum illa Dei Dignitas, σχέσει ad nostrum de Deo conceptum, nata ex perceptione independentiae, amplissimi juris, aliarumque perfectionum Dei, ut *Regis*, & *Domini nostri*, in exercitio Imperii Dei luscuento modo demonstratum, estque fundatum Adorationis. *I Chron. xxix. 11.*

121. *Adoratio enim, a precatione, & supplicatione distincta, est Actus Religiosus, quo quis cum profunda humiliatione divinam veneratur majestatem, & summum, atque independens Dei jus: tanquam Regis, & Domini sui, de se pro arbitrio suo disponendi, mente, & gestu profiteretur.* *I Sam. iii. 18. Ps. xciv. 6.*

122. GLO-

(u) De Regno Dei differuerunt Scriptores, qui de Gubernatione Dei egerunt, quorum aliquos in

medium adducam ad § 37. Cap. pit. 7.

(x) Ma-

DE DEI NATURA, ET ATTRIBUTIS. 183

122. GLORIAE (כְּבוֹד) notio se paulo latius extendit, innuitque stylo S. Scripturae, tum omnes Dei Perfectiones, simul sumptas: tum summam Dei Excellentiam, ortam ex omnibus illis Dei Perfectionibus, in Operibus Dei luculentiter demonstratam; tum illius Excellentiae Divinae aestimationem, ut est in judicio, & actibus creaturae rationalis. Haec posterior proprie dicitur ὁράσα apud Graecos. *Jes.* XLII. 8. *Pſ.* XXIX. 1. *Rom.* 1. 23. *Matth.* VI. 13 (v).

123. Regnum vero Dei omnino supponit ejus OMNIPRÆSENTIAM, quippe quae Deo proprie adscribitur, cum respectu ad ejus Prudentiam, quatenus tum res omnes sibi, quam intime & accuratissime, cognitas ac perspectas, sibique omni tempore praesentes habet; tum ipse omnes res, ubicunque sint, fert efficacissima sua voluntate, easque conservat & sustentat, atque adeo vere, & actu illis præsens adest. *Jer.* XXIII. 23. 24. *Pſ.* CXXXIX. 7-10. *Act.* XVII. 24-26. *Heb.* I. 3.

124. Pet quam Dei voluntatem cum omnia sint

(x) Majestatem, & Gloriam Mich. LILIENTHALS l. c. pag. Entis Perfectissimi inlustrarunt Viri Docti, quorum opera exhibet 147. seq.

(y) Su-

sint, nulla re excepta, ratio vetat ita statuere, Deum *essentia* in coelis, *potentia* in terris esse praesentem, ut *Vorstius*, & *Sociniani* (y). et si tamen lubenter fatemur, omnem rationem *Divinae Praesentiae* nobis perspectam non esse. *Reg.* VIII. 27. & *extraordinaria* Dei Providentia, qua certa loca honestat, atque illustrat, exterioribus quibusdam symbolis suae gloriae, (*Ps.* LXXX. 2. *Matth.* vi. 9.) vel singularibus operationibus suae gratiae, aut documentis *Justitiae* suae, se manifestum facit: (*Jes.* LVII. 15. *Gen.* XI. 1.) ab *ordinaria* probe est distinguenda.

CAP.

(y) *Supremum Numen, non tantum Operatione, verum etiam Essentia sua Ubique Praesentem esse, contra Socinianos, Remonstrantes, Anabaptistas, & speciatim CONRAD. VORSTIUM comprobabant JOANN. CAMERO in Praelectionibus ad Matth. 18. v. 10. Oper. pag. 118. seq. GIBERT. VOETIUS Problematis de Deo Par. 3. & 4. Selectar. Disputat. Par. 5. pag. 66. seq. JOANN. HOORNBEEK in Socinianismo Confutatio. Tom. 1. Lib. 2. Cap. 2. SAM. RHETORFORT in Examine Arminianismi. Cap. 2. Titui. 1. LUDOVIC LE BLANC. in Thesis. Theolog. de Immenstate, & Omnipra-*

sentia Dei. Thes. Theolog. pag. m. 106 seq.
FRIDERIC. SPANHEMIUS F. in *Vindictis Biblicis. Lib. 1. Loc. 28.*
Matth. Cap. 6. v. 9. JAQUES SAURIN dans Sermons sur l'Immenſité de Dieu. Pſeaum. 139. v. 7. seq. dans Tom. 2. des Sermons pag. 50. seq.

Confer adhuc Scripta Elencticorum adversus memoratas Scriptas, & in primis *VORSTIUM* evulgata.

Ad hunc locum spectant variae contentiones de Omnipraesentia Dei, ac praeципue illius modo, inter Theologos, & Philosophos agitatae.

I. *An Deus ante creationem Mundi alicubi fuerit: ut & An*

Spa-

C A P U T . IV.

D E

Mysterio Unius Dei , Patris , Fili ,
& Spiritus Sancti .

D Eus , quem ante intelleximus simplicissi-
mae Essentiae esse , se cum in Veteri

A 2

tum

Spatia Imaginaria sint ponenda ex-
tra Mundum , in quibus Deus sit ,
disputarunt GIBERT. VOETIUS in
Syllabo Problematum: in Appendix
Problematum de Deo , qui exstat Se-
lectar. Disputation Par. 5. pag.
132. nec non Par. 1. Disputat.
Theolog. de Selectis Quibusdam Pro-
blematis. ibid. § 2. seq. Ejusque cen-
sor SAM. MARESIUS in Addendis ad
Tom. 2. adversus JACOB. TIRINUM.
pag. 1052. seq. & in Theologo Para-
doxo Reiecto , & Refutato. Parod.
1. & 2. inserto ejus Fasciculo Myr-
rbae. pag. 1. seq.

II. In censum Fautorum senten-
tiae SOEINI , ac VORSTII circa Om-
nipraesentiam Divinam a nonnullis
relatus est COCCEIUS , quod in Bre-
vi Consideratione Attributorum Divi-
norum. Tbes. 17. scripto mandaverit.
Constat inter sapientes , spatium &
locum propriè loquende tantum corpo-

ribus convcnire. Cum itaque Deo tri-
buitur Immensitas , & Ubiquitas , non
existimandum , ipsi convenire aliquod
spatium immensum , per quod diffun-
datur , quo circumscribatur , imo ne
quidem quod impleat , aut transcendet.
Corpoream enim molem redolat illa
explicatio. Verum Omnipraesentia
Divina est Effacissima Dei Voluntas
Omnia Sustentans , ac Gubernans. Cum
quidam propter haec verba , eum ut
memoravi , Socinianismi arguerent:
contra Adversariorum criminationes
se defendit COCCEIUS in Epistolis ad
GUILIELM. ANSLARIUM , & JACOB.
ALTINGIUM missis , nec non in Co-
rollario. Haec omnia habentur
Oper. Tom. 8. Epistol 169, 170, &
175. Cum post mortem COCCEI
SAM. MARESIUS ejusdem erroris il-
lum rursus insimularet , Patris p-
trocinium in se suscepit , JOANN.
HENRIC. COCCEIUS in Praefatione
il-

186 CAPUT QUARTUM

tum in Novo Testamento revelavit ut UNUM:
יְהוָה אֶחָד (z) quae ipsa quoque est *Doctrina Ra-*

illius Operibus praemissa.

III. Cartesiani, eorumque Antagonistae inter se acriter disputarunt. An Deus etiam per Essentiam dici debeat Omnipraesens? An vero solummodo Virtute, & Operatione talis dici debeat, ac possit? nec non: An Deus per Immenitatem recte dici possit, Esse extra Hunc Mundum? Videantur de his quaestionibus FRANCISC. BURMANNUS P. in *Synopsi Theologiae*. Tom. 1. Lib. 1. Cap. 26. CHRISTOPH. WITTI CHIUS in *Theologia Pacifica*. Cap. 14. item in *Appendice*. Quaest. 130. seq. PETR. ALLINGA Illustrium Erotematum. Decad. 9. & in *Face Difidii Extincta*. Cap. 28. & 29. ABRAHAM. HEIDANUS in zyne Consideration over de 7 Positie. bladz. 74. enz. Illorumque Adversarii GERARD. A MASTRICHT in *Novitatum Cartesianarum Gangraena*. Sect. 2. Cap. 15. & MELCH. LEYDEKKER in *Face Veritatis*. Loc. 3. *Controvers.* 12. & 13. GERARD. DE VRIES in *Dijquisatione de Nullitate Spirituum*. adnexa *Exercitationibus Rationalibus*. pag. 317. seq. Evolve adhuc GISBERT. VOETIUM in *Append. Part. 9*. Problematum de Deo l. c. pag. 132. seq. JOANN. WOLFGANG. JAEGERUM in *Historia Ecclesiastica*, & *Politica Seculi 17*. Tom. 2. Decad. 8. Lib. 2. Cap. 7. JOANN. JUNGUM in *Difserit.*

An Deus ante Creationem Mundi alicubi Fuerit, nec ne. ZACHAR. GRAPIUM in *Systemate Novissimarum Controversiarum*. Tom. 1. Cap. 1. Quaest. 18. seq.

IV. Hoc, aequa ac superiori Seculo de hoc Dei Adtributo disceptarunt DIONYS. ALEXAND. ROELLIUS in *Disput. de Omnipraesentia Dei*, atque DAV. FRANZIUS in *Llibello illi opposito*, quo contra eum sententiam GERARD. DE VRIES defendere adnisi est.

V. In Belgio non solum, sed & in Germania, de Modo, quo Deus Ubique est Praesens, Tubingenses cum Giessensis dimicarunt: quo de certamine adeundi Scriptores memorati a JOANN. LAURENT. MOSHEMIO in *Institutionibus Historiae Ecclesiasticae Saecul. 17. Sect. 2. Par. 2. Cap. 1. § 36.*

VI. Denique consulendi sunt Scripta controversa de Omnipraesentia Humanae Christi Naturae, quorum mentionem faciam ad § 29. Cap. 21.

(z) Non dari Numero Plures Deos, sed Verum Deum esse Tantum Unum, communstrarunt HIERON. ZANCHIUS Oper. Tom. 1. Lib. 1. Cap. 3. seq. & Lib. 8. Cap. 1. seq. GISBERT. VOETIUS in *Disput. de Unica, & Simplicissima Dei Essentia. Select. Disputat. Par. 1*, pag.

DE MYSTERIO S. S. TRINITATIS. 187

Rationis (a) Deut. vi. 4. Marc. XII. 29. 1 Job.
v. 7.

A a 2

2. Di-

227 seq. DIONYS. PETAVIUS Theologicorum Dogmatum. Tom. 1. Lib. 1. Cap. 3. seq. Lib. 3. Cap. 8. Tom. 2. Lib. 4. Cap. 12. seq. Lib. 8. Cap. 8. JOANN. FORBESIUS in Instructionibus Historico - Theologicis. Lib. 1. Cap. 15. & 17. Oper. Tom. 2. JOANN. CHRISTOPH. WAGENSEILIUS in Confutatione Carminis R. LIPMANNI: quae exstat in ejus Telis Igneis Satanae. Tom. 1. pag. 121. seq. ABRAHAM. RAMBURTIUS in Thesib. Theolog. de Deo Uno, & Triuno. Disputat. Sedanens. Tom. 2. RADULPH. CUDWORTHUS in Systemate Intellectuali. Tom. 1. Cap. 4. & JOANN. LAURENT. MOSHEMIUS in Observat. MELCH. LEYDEKERUS in Exercit. ad Deuieron. Cap. 6. v. 4. adnexa Veritati Euangelicae Triumphantia. Confer adhuc Commentatores ad loca Scripturæ S. adlegata: ut & Polemicos, qui adversus Gentiles plurium Deorum cultores scripsere.

(a) Unitatem Effectiae Divinae Ope Luminis Rationis Demonstrari Posse, praeter Theologiae Naturalis Scriptores, evi&cum dederunt FRANCISC. ULRIC. RIES in Differt. Philo/oph. de Unitate Dei ex Rationis Lumine Demonstrata. CHRISTIAN. HAGMAJERUS in Differt. de Unitate Dei ex Lumine Naturae contra Gentiles, Valentinianos, Mat-

cianitas, Manichaeos, Tritheitas, & Arianos. WOLFF. BALTHAS. ADOLPH. VON STEINWEHR in Argumentis Quibusdam Recentiorum pro Unitate Dei modeste Expensis.

Spectant ad hunc locam

I. Quorundam Eruditorum sententia, quae habet, Sapientiores inter Gentiles Unum Summum Deum agnoscisse; ut adstruere coenati sunt (ut alios praeteream) GERRARD. JOANN. VOSSIUS de Origine, & Progressu Idololatriæ. Lib. 1. Cap. 2. Oper. Tom. 5. pag. 4. seq. PETR. DAN. HUETIUS in Demonstratione Euangelica. Propos. 4. Cap. 10. TOS. PFANNERUS in Systemate Theologiae Gentilis Purioris. Cap. 2. § 9. seq. RADULPH. CUDWORTHUS & JOANN. LAURENT. MOSHEMIUS l. c.

II. Auctores, qui Manichaorum, Paulicianorum, illorumque adseclarum opinionem, Duo esse Principia Coetera, (qui propterea Duitae, nec non Dualistæ vocantur) explanarunt, & refutarent; ut NATALIS ALEXANDER in Historia Ecclesiastica Saeculi 3. Cap. 3. Artic. 9. JOANN. CHRISTOPH. WOLFIUS in Manichæismo ante Manichaeos, & inter Christianos Redivivo. RADULPH. CUDWORTHUS & JOANN. LAURENT. MOSHEMIUS l. c., ut & hic in Commentariis de Re-

2. Divina tamen illa Revelatio, quam veneramur ut certum, & fallere nescium veritatis canonem, nobis tradit hoc fidei nostrae mysterium, in uno illo Deo esse quandam pluralitatem, & quidem Trinitatem (b).

3. Eam-

Rebus Christianorum ante Constantium M. Saecul. 3. § 39. seq. LENAIN de TILLEMONT dans Mémoires pour Servir à L'Histoire Ecclesiastique. Tom. 4. Par. 2. pag. m. 744. seq. ISAAC. DE BEAUSOBRÉ dans l'Histoire Critique de Manichee, & du Manicheisme. Evolvi quoque possunt, praeter Eruditos a JOANN. ALBLRT FABRICIO in Bibliotheca Graeca. Tom. 5. Lib. 5 Cap. I pag. 295. seq. id medium adductos, PIERRE BAYLE dans Dictionnaire Historique, & Critique, variis in locis, & in primis Tom. 3. in v. Manicheens, & Pauliciens. ut & dans Reponſes aux Questions d'un Provincial. ut & Auctores, qui illum oppugnarunt, quorum Scripta id medium infra adferam, cum de Origine Mali differendum erit.

(b) Mysterium Trinitatis non Lumine Rationis, verum Sola Revelatione Divina cognosci, ac demonstrari posse, adversus PHILIPP. MORNAEUM in Libro de Veritate Religionis Christianae. Cap. 5. BARTHOLOM. KECKERMANNUM in Systemate Theologiae. Lib. 1. Cap. 3. seq. JOANN. CLAUBERGII in Di-

sputat. de S. S. Trinitate, quae protestant in ejus, & MARTIN. HUNDII Disputationibus Selectis. JACOB. ALTINCUM in Heptade 6. Dissertat. Theologic. 5. Oper. Tom. 5. pag. 175. seq. PETR. POIRETUM in Cogitationibus Rationalibus de Deo, Anima, & Mundo. aliosve: evicerunt ANDR. RIVETUS in Commentario in Psalm. 19. Oper. Tom. 2. pag. 78. seq. JACOB. THOMASIUS in Orationibus Varii Argumenti. Orat. 1. PETR. A MASTRICH in Novitatum Cartesianarum Gangraena. Sect. 2. Cap. 17. JOANN. CASPAR. LOESCHERUS Parergorum Sacrorum Exercit. 1. REINHARD. HENRIC. ROLLIUS in Dissert. de Mysterio S. S. Trinitatis ex Lumine Naturae Indemonstrabili. JOANN. FRANCISC. BUDDIUS in Dissert. Theolog. de Fide, quam nonnulli Fingunt Naturali. Cap. 3. § 22. Miscellaneorum Sacrorum. Par. 3. pag. 148. seq. ZACHAR. GRAPIUS in Systemate Novissimarum Controversiarum. Tom. 1. Cap. 2. Quaest. 1. THEODOR. DE BLANC, dans Principes contre les Sociniens. Par. 1. Sect. 3. seq. Inspici quoque hac de re queunt Scripta eristica JOACHIM. GE. DAR-

JES

DE MYSTERIO S. S. TRINITATIS. 189

3. Eamque non *Relationum* tantum, aut *Modorum* subsistendi aut operandi *essentialium*: sed *Personarum*, sive ^{υποσάσεων} vere distinctarum, quas communiter vocat *Patrem*, *Filium*, & *Spiritum* S. etsi Divinae illae Personae, suis singulae characteribus insignitae, aliis etiam subinde nominibus appellantur (c).

4. Quod mysterium, licet omnem illius modum plene non assequamur, praefere nobis ferimus, tanta claritatis evidentia in Verbo Dei esse revelatum, ut pertinaciae, aut incredulitatis sit, id non agnoscere. Quin immo totum Systema Divinae Sapientiae, quod Sacra Revelatio nobis exhibit, ita est digestum, ut omnia illius principalia dogmata, ex hac hypothesi, facili opera explicentur; & absque ea explicari nequeant: nisi in illud manifesta vis inferatur, & pondus praestantium

A a 3

il-

JES, JACOB. CARPOVII, & JOACHIM. LANGII, quae memorat JOANN. JACOB. MOSER im Beytrag zu einem Lexico der Ietzlebenden Theologen; in vita CARPOVII 141. blattf. Praeterea cum in Academia Rostochiensi JOANN. LUDOVIC. ENGEZIUS contendere, Trinitatem ex

Ratione probari posse, Ordo Theologicus illi se opposuit. Qui historiam hujus certaminis scire cupit, adeat JOANN. DIETER. WINKLERUM in Libro Germanice edito sub titulo, Sammlung Ugedruckter Gelehrter Merkwurdigkeiten. 3 Stuck. 340 blattf.

(c) Hoc

190 CAPUT QUARTUM

illarum veritatum, conturbato earum ordine elevetur.

5. Opera tamen danda nobis est quam diligentissima, ne hic videri velimus sapere supra quod scriptum est, & de hoc arcano plus vel minus dicamus, quam in Scripturis revelatum est: ne ad duos scopulos extremos, *Sabellianismum*, aut *Tritheismum* (d), offendamus.

6. Fi-

(c) Hoc loco commode referri possunt contentiones, de Natura Trinitatis, ventilatae inter Cartesianos, illorumque Antagonistas. An possimus omnem contradictionem in mysterio Trinitatis, quam nectunt Sociniani, enodare: ut & An hoc unum Solum de S. Trinitate conceipi posset, Deum se revelasse ut unum in essentia, ita tamen, ut in ea essentia sint quasdam, quae non sunt diversa nomina, nec attributa, nec denominations, sed alio quodam modo differant. Adfirmarunt CHRISTOPH. WITICHUS in *Theologia Pacifica*. Cap. 1. § 6. & id Appendix. Quaest. 2. FRANCISC. BURMANNUS P. in *Synopsi Theologiae*. Tom. 1. Lib. 1. Cap. 30. § 22. PETR. ALLINGA *Illuminatum Erotematum Decade* 10. nec non in *Face Dissidii Extinctu*. Cap. 33. § 34. Negarunt SAM. MARESIUS de *Abusu Cartesiana Philosophiae in Rebus Theologicis*, & Fidei.

pag. 88. ac in *Systemate Novo*. Loc. 3. § 41. PETR. A MASTRICHT in *Novitatum Cartesianarum Gangraena*. Sect. 2. Cap. 18. § 12. seq. MELCH. LEYDIKERUS in *Face Veritatis*. Loc. 4. Controvers. 2, & 3. (d) Tritheistarum Sententiae, Tres esse in Divinitate Distinctas Naturas, plerique censent Autorem esse Joannem Philoponum. Verum aliqui volunt, hanc haeresin originem habere a JOANN. ASCUNACE. Hoc de errore differuerunt JOANN. FRANCISC. BUDDEUS in *Observat. de Haeresibus ex Philosophia Aristotelico-Scholastica Ortis*. *Observat. Selectar. ad Rem Litterariam Spectantium*. Tom. 1. *Observat.* 15. JOANN. GEORG. WALCHIUS in *Dissert. de Origine, & Progressu Tritheismi*. JOANN. CHRISTOPH. HARENBERGIUS in *Ottis Gandershemensis Sacris*. *Observat.* 12. de *Commentatio Tritheistarum Haeresi Doctoribus Ecclesiae Non-*

DE MYSTERIO S. S. TRINITATIS. 191

6. Fides itaque Ecclesiae, de hoc Doctrinae Christianae mysterio, his fere constat, Tres Personas, suis singulas relationum naturalium characteribus insignitas, subsistere in una Divinitatis Essentia: sive, Unam eandemque Divinitatis Essentiam Tribus Personis esse communem.

7. Per Personam (πρόσωπον sive potius ὑπόστασιν) (e) intelligas rem existentem, intelligentem, non unitam cum re alia.

8. No-

Nonnullis Perperam Afficta. ubi se opponit catalogo Tritheitarum a JOANN. LAMIO, ejus Libro de Recta Patrum Nicaenorum Fide, adnexo.

In numerum Tritheitarum referuntur.

I. Patres Nicaeni a DIONYS. PESTAVIO, STEPH. CURCELLAO, RADULPH. CUDWORTHO, JOANN. CLERICO, ELIE SAURIN, PIERRE FAYDIR, locis a CHRISTOPH. MATT. PFAFFIO adductis in *Introductione in Historiam Theologiae Literariam.* Par. 1. Lib. 2. § 10. pag. 311. seq. Illos vero ab hoc crimine purgarunt GUILIELM. WALLUS in *Historia Baptismi Infantum. Versionis Latinae* Par. 2. Cap. 5. § 8. seq. nec non VIRI Docti, quos JOANN. LUDOVIC. SCHLOSSER in subjunctis *Observationibus*, & PFAFFIU*s* l. c. memorarunt.

II. GUILIELM. SCHERLOCKIUS, cuius sententia habet, Tres esse infinitas mentes, ac earum unitatem confistere, quod quaelibet omnium, quae in reliquis sunt, aequa conscientia sit, ac sui ipsius. Scripta adversas illum accusandum, vel defendendum typis excusa suppeditabit CHRISTOPH. MATT. PFAFFIU*s* l. c. pag. 313. seq.

III. PIERRE FAYDIT, qui censuit, in Divinitate tres esse naturas numero distinctas, cui se opposuit LOUIS HUGO. Hujus atque illius Opera exhibet PFAFFIU*s* l. c. pag. 312.

(e) Multae sunt voces Graecae, atque Latinae, quibus Veteres, & Recentiores Dei Essentiam, Trinitatem, ac Personas Divinas denominarunt: v. c. θεία, φύσις, μορφή, εἶδος, υπόστασις, πρόσωπον,
στοχεῖον

8. Notio haec Personae, fateor, aut ^{υποστητες}; hoc sensu in Verbo Dei non extat, ne quidem *Heb.* I. 3. nec tamen propterea improbanda, cum res ipsa, illi notioni substrata, in eodem Dei Verbo clarissime tradatur.

9. Imo, quod nos Personam vocamus, Scriptores Sacri ^{πηραι} non minus efficace vocarunt ^{πνευμα}, *Luc.* I. 35. *Rom.* I. 4. *Heb.* IX. 14. *I Pet.* III. 18.

10. Ni-

*σταθερης, ομοορθιος, ομοιορθιος, Natu-
ra, Essentia, Substantia, Trinitas.
De his, ceterisque vocabulis ma-
gna est Auctorum copia, quorum
sequentes adduxisse sufficiet: ut
JOANN CALVINUM in Institu-
tionibus Religionis Christianae. Lib.
I. Cap. 13. § 2. seq. nec non in E-
piscolis, & Responsis, adnexis Oper.
Tom. 9. pag. 181. DAN CHAMERUM
in Panstratia Catholica. Tom. 2.
Lib. 1. Cap. 2. seq. DIONYS. PETAVIUM
Theologicorum Dogmatum Tom.
2. Lib. 4. Cap. 1. seq. JOANN.
CROJUM in Observationibus in Nov.
Foed. Cap. 20. JOANN. CLOPPEN-
BURGIUM in Gangraena Theologiae
Anabaptisticae. Disput. I. & 2.
Oper. Tom. 2. LUDOVIC CAPPEL-
LUM in Thesib. Theolog. de Deo, U-
no, & Triuno Par. 3. Thes. Salmu-
riens. Par. 1. JOANN. CASPAR.
SUICERUM in Thesauro Ecclesiastico
in v. ut & in Symbolo Nicaeno-Con-*

stantinopolitano Exposito. Cap. 3, &
10. PETR. ZORNUM in Dissert. de
Varia fortuna Vocis ομοορθιος,
quae inserta est Opusculis S. Tom. I.
pag. 71. seq. JOANN. BAPTIST. COR-
TICUM in Dissert. de Divinis Nomis-
nibus. JOACHIM. JUST. RAU in Dia-
triba Critico-Philologica complectente
Historiam Veterem, & Recentiorem
Vocis Ecclesiasticae ομοορθιος, sub-
jurata ejus Diatribae de Philosophia
Luc. Caec. Lactantii. JOANN. LAU-
RENT. MOSHEMIUS in Elementis
Theologiae Dogmaticae. Par 1. Cap.
2. § 1. PRUD. MARANUM dans Dis-
sert. sur les Semi-Arriens, quae
prostat Tom. 2. Bibliothecae Histo-
riae Haeretologicae. JOANN. VOIG-
TII. THEODOR. DE BLANC. dans
Principes contre les Sociniens. Par.
1. Sect. 1. Chap. 1. Art. 2.

Praeterea lites circa has voces
(ut eas taceam, quae in Ecclesia
veteri de illis motae sunt) inter-

Vi-

DE MYSTERIO S. S. TRINITATIS. 193

10. Nihil igitur vitii habet, quod, qui cum Noëto, Sabellio, & Monarchicis, qui dicebantur, *Saeculis Christianismi* III. & IV. de hac Doctrina disputatione, ad animi sui sensa recte exponenda, & adversantium strophas retegendas, Personae & *ὑποστάσεως* voces in Disciplinam nostram advocarint.

11. Per *Essentiam* vero Dei hic intelligimus τὴν φύσιν sive τὴν Θεότητα τῆς οὐσίας: ipsam *Dei Naturam*, cum omnibus perfectionibus illam constituentibus, superiore Capite recensitis. Gal. IV. 18. Col. 11. 9.

B b

12. II-

Viros Doctos ventilatae, fuere variae.

I. Dictum hoc Johanneum esse Genuinum adseruerunt FRANCISC. GOMARUS in *Analysi Epistolae Iohannis*. Oper. pag. 734. seq. NICOL. VEDELIUS in *Disput. Theolog. de Sacro Sancta Trinitate*, qua 1 *Johann.* 5. v. 7. *Vindicatur a Strobis Socinianorum*, inserta ejus *Opusculis Theologis Novis*. JOANN. GERHARDUS in *Disput.* ad h. l. inserta Par. 3. *Disputat.* Jenens. FRANCISC. TURRETINUS in *Disput. Theolog. de Tribus Testibus Coelestibus*, adnexa ejus *Disputatione de Satisfactione Christi*. pag. 92. seq. JOANN. SELDENUS de *Synedriis Veterum Ebraeorum*. Lib. 2. Cap. 4. § 4. pag. m. 579. seq. HERMANN. WITSIUS, in *Miscellaneis S.* Tom. 2. *Exercit.* 3. § 28. seq. THOM. SMITH in *Vindiciis 1. S. Joann.* Cap. 5. v. 7. a *Suppositionis Nota*, quae leguntur in ejus *Miscellaneis* pag. 121. seq. FREDERIC. ERNEST. KETTNERUS in

Loci 1 *Joh.* 5. v. 7. *Auctoritate, Sensu, & Uso Demonstrato*: nec non in *Historia Dicti Joannei de S. Trinitate* 1 *Joann.* 5. v. 7. JOANN. MILLIUS in *Notis*, in b. l. quae ad calcem hujus Epistolae prostant. CHRISTOPH. MATTH. PFAFFIUS in *Dissert. Critic. de Variis Nov. Test. Lectionibus*. Cap. 9. § 2. seq. ac Cap. 12. Can. 3. JOANN. JACOB. LAVATERUS in *Disput. Theolog. de bis Tribus in Coelo, & Terra Testibus*. JOANN. LAURENT. MOSHEMIUS in *Dissert. de Tribus in Terra Testibus*. ad 1 *Johann.* 5. v. 8. JOANN. ALBERT. BENGELIUS in *Apparatu Criesis S.* addito ejus editioni *Nov. Test.* AUGUST. CALMET in *Dissert.* ad b. l. quae legitur in ejus *Prolegomenis, & Dissertationibus in Scripturam S. Versionis Latinae* Tom. 2. pag. 296. seq. ZACHAR. GRAPIUS in *Systemate Novissimarum Controversiarum*. Tom. 1. Cap. 2. Quaest. 26. THEODOR. DE BLANC dans *Principes contre les Sociniens*. Par. 1. Sect. 2. Chap. 8. seq.

II. DESIDER. ERASMUS in prima sua editione *Nov. Test.* versum hunc omisit, ac propterea *γνωστητα* hujus locis cum instaurari censuerunt EDUARD. LEIUS in *Adnotatio-*

DE MYSTERIO S. S. TRINITATIS. 217

XV. 26. XVI. 14. 15. *Matt.* III. 16. 17. XXVIII.
19. 2 *Cor.* XIII. 13. *Gal* IV. 6. *Ephes.* II. 18.
III. 14. 15. 16. *Ap.* I. 4. 5. 6.

E e

34. Haec

nibus Novis, in b. l. JACOB. LOPIS,
STUNICA in Annotationibus contra
ERASMUM Roterodamum in Defensio-
nem Tralationis Nov. Test. Ut & Mo-
nachi Quidam Hispani in Articulis
adversus ERASMUM Exhibitibus. Con-
tra horum criminationes se defendit
ERASMUS in Responſone ad An-
notationes Novas EDUARD. LEII
Oper. Tom. 9. col. 275. seq. item in
Apologia adversus JACOB. LOPIS.
STUNICAM ibid. col. 351. seq. nec
non in Apologia, adversus Monachos
Quosdam Hispanos ibid. col. 1029.
seq.

III. RICHARD. SIMON variis in
scriptis hanc pericopen labefactavit,
ut dans l'Histoire Critique du Texte
du Nouv. Test. Chap. 18. des Ver-
ſions du Nouv. Test. Chap. 9. des
Principaux Commentateurs du Nouv.
Test. Chap. 58 ut & in subjunctione
Dissertatione Critica sur les MSS. du
Nouv. Test. At calamum adversus
illum strinxerunt THOM. SMITH.
in Defensione Superioris Dissertationis
contra Exceptiones D. SIMONII
I. c. pag. 151. seq. JOANN. HENRIC
MAJUS in Examine Historiae Criti-
cae Nov. Test. a RICHARD. SIMONIO
Vulgatae. Cap. 18. LUDOVIC. RO-
GERIUS in Dissertationibus duabus
Critico-Theologicis. Differt. I. AN-
TON. ARNAULD. dans Differt. sur le

Ms. de BEZE.

-IV. THOM. EMLYNUM in Ope-
ribus idiomate Anglicano exaratis,
ac a JOANN. GEORG. WALCHIO in
Bibliotheca Theologica Selecta. Tom.
I. Cap. 5. Sect. 10. § 4. pag. 916.
seq. memoratis, locum hunc ener-
vantem adgressus est praeter alios
DAV. MARTIN. dans Deux Differ-
tations Critiques. Diff. I. sur S.
Jean. I. Epitre Chap. 5. vers. 7.
item dans l'Examen de la Reponſe
de Mr. EMLYN a la Dissertation
Critique sur le Vers. 7. du Chap. 5.
de la I Epitre de S. Jean. Cum
JAQUES LE LONG in Epistola Galli-
ca, inserta Tom. 10. de le Journal
des Scavants M. Juin A. 1720.
MARTINUM censura notasset. Hic
se defendit dans Verite du Texte de
la I Epitre du S. Jean Chap. 5. v.
7. ut & dans Reponſe a la Lettre DE
P. LE LONG. quae legitur Tom.
12. de l'Europe Scavante.

V. RICHARD. BENTLEIUS, PHI-
LIPP. DODDRIDGE, aliique de hoc
loco judicium suspendunt, ac flu-
ctuant. Plura de hoc loco scire
avens, consulat Autores in me-
dium adductos a FRIDERIC. ERNEST.
KETTNERO Libro posteriore supra
indicato. JOANN. CHRISTOPH. WOL-
FIO in Curis Philologicis, & Cri-
ticis in b. l. JOANN. GEORG. PAL-
MIO

34. Haec vero observentur, inculcenturque dicta Testamenti Veteris (d). Gen. XLVIII. 15.

16

MIUS in *Libro Historico de Codicibus Vet. & Nov. Test. quibus B.*
LUTHERUS in Conficienda Interpretatione Germanica Ujus est. Cap. 5.
*MICH. LILIENTHALS im Biblijchen Archivario, des Neuen Testaments ad b. l. Oppugnatoribus, qui hunc locum suspectum reddere adlobarunt, ab illis nominatis, jungen-
dus JOANN. JACOB. WETSTE-
NIUS in *Novo Testamento Graeco* ab illo evulgato Tom. 2. ad b. l.*

(d) Trinitatem Personarum Divinarum e Locis Veteris Foederis, Scriptisque Judaeorum veterum comonstrarunt RAYMUND. MARTINUS in Pugione Fidei adversus Mauros, & Judaeos. Par. 3. Distinct. 1. Cap. 4. seq. & JOSEPH. DE VOISIN in Observat. ut & hic in Disputatione Orthodoxa de S. Trinitate. MOS. AMYRALDUS in Dissert. de Primordiis Revelationis Mysterii Trinitatis in Vet. Test. quae inserta est Tom. I. pag. 140. seq. Libri JOANN. CHRISTOPH. WAGENSEILII, cui titulus, Tela Ignea Satanae. PETR. ALIXIUS in Judicio Veteris Ecclesiae Judaicae contra Unitarios de S. S. Trinitate, & de Deitate Salvatoris Jesu Christi. ABRAHAM. CALOVIUS in Dissert. de Scriptura S. Vet. Test. S. S. Trinitatis Revelati-
ce, contra Libellum Famosum HER-
MANN. CINGALLI, sive SANDII,

cui titulum praefixit, S. S. Trinitatis Revelatrix. JOSUA ARNDIUS in Diatriba de Mysterio Trinitatis e Scriptis Rabbinorum Veterum, pro Orbodoxia, contra Christo-machos Nov-Antiquos: quae inserta est Fasci 5. Exercitat. Philolog-Histor. THOM. CRENII pag. 281. seq. HERMANN. WITSIUS in Dissert. de S. S. Trinitate, ex Iudeis contra Iudeos Probanda: nec non in Iudeo Christianizante circa Principia Fidei, & S. S. Trinitatem. JOANN. BENEDICT. CARPZOVUS in Disput. de Mysterio S. S. Trinitatis maxime e S. V. Scriptura Demonstrata, quae est ejus Disputation. Academicarum ordine 15. JOANN. MEYERUS in Dissert. Theolog. de Mysterio S. S. Trinitatis, ex Solius V. T. Libris Demonstrato, atque ex Veterum, ac Recentiorum Rabbinorum, praesertim Cabballistarum, rarissimis Monumentis Inlustrato: ut & in Fundamentis Theologiae. Par. 1. Cap. 9. NICOL. LUTKENS in Libro, cui titulus Lux in Tenebris, quam Zobar Antiquum Iudeorum Monumentum Genti suae Occneccatae Praebet ad Mysterium S. S. Trinitatis eo facilius Apprehendendum. GOTTFR. CHRIST. SOMMERUS in Specimine Theologiae Sobaricæ cum Christiana amice Convenientis. Thes. IO. ZACHAR. GRAPIUS in Systemate Novissimaram Controversiam.

DE MYSTERIO S. S. TRINITATIS. 219

16 (e). *Jes.* LXIII. 7 (f). 11. 5. 6. *Ps.* XXXIII.

Ecc 2

6

rum. Tom. I. Cap. 2. Quæst. 3. Consule adhuc, quae hoc de argumento tradit JUST. MARTIN. GLASENERUS in *Dissert.* sub ejus praesidio habita, de Trinitate Rabbinorum, ac Cabillistarum non Christiana, sed mere Platonica.

Commemorari heic commode possunt.

I. Opera a Viris Doctis ad illustrationem Deuteron. Cap. 6. v. 4. luci exposita, ut praeter alios a JOANN. COCCIO in *Considerationibus ad Ultima Mosis.* Cap. 32. Oper. Tom. I. pag. m. 281, & JACOB. ALTINGIO in *Exercitat.* Grammat. jam ab AUCTORE nostro indicatis in *Archisynago.* Cap. 8. ubi hoc de loco differit. Addendi JOANN. DAV. GRILLO in *Dissert.* de Deo Triuno ex Deuteron. 6. v. 4. aduersus Ju-dæos, & quidam e Viris Doctis antea in medium adducti.

II. Auctores, qui aduersus GEORG. CALIXTUM commonstrarunt ex Vet. Test. Anti-Trinitarios clare, ac solide refutari posse. Qui horum Scripta scire avet, conferat JOANN. GEORG. WALCHIUM in *Biblioteca Theologica Selecta.* Tom. 2. Cap. 5. Sect. 17. § 18.

III. Disputatio hac de re Regiomonti agitata inter JOANN. LATERMANNUM, & COLESTIN MYSLENTAM. Historiam hujus litis reserat JOANN. WOLFGANG. JAEGERUS in *Historia Ecclesiastica.* Secul.

17. Tom. I. Decad. 5. Lib. 6. Cap. Cap. 11.

IV. Sephiroth Kabbalistarum, quarum tribus prioribus Corona, Sapientia, & Intelligentia, Tres Personas in Deitate, innui existimarentur quidam Eruditii. Ab his alii dissentient, qui illas Sephiras aliter interpretandas esse volunt, licet varias in partes abeant, quo sensu illæ accipi debeant. Has diversas sententias, earumque patronos nominare supersedeo, cum mihi otium fecerit JACOB. BRUCKERUS in *Historia Critica Philosophiae.* Tom. 2. Period. 2. Par. 1. Lib. 2. Cap. 3. Sect. 2. § 8.

(e) Benedictionem Jacobi in lecto graviter decubentis Genes. Cap. 48. v. 15, 16. prostantem firmum præbere argumentum, ad Trinitatem adstruendam, probatum dedecunt JOANN. FRANCISC. BUDDREUS in *Historia Ecclesiastica Vet. Test.* Tom. I. Period. 2. Sect. 3. § 12. SALOM. DEYLINGIUS. *Observation.* S. Par. 2. Obser. 7. JACOB. ODE in *Commentario de Angelis.* Sect. 10. § 12. seq. aliisque ibi adlegati.

(f) Hunc locum Jesaiæ influstrarunt, atque ex illo S. S. Trinitatem evicerunt AUCTOR in Commentar. in h. l. JOANN. WESSELIUS *Dissertationum Leidenium* Differt. 9. JACOB. ODE l. c. § 33. EMO LUC. VRIEMOET in *Annotationibus Philolog-Theolog.* ad Dicta Clas-

6. (g) *Jes.* vi. (h) *coll. cum Joh.* XII. 41. & *Act.* XXVIII.
25. *Jes.* XLVIII. 16 (i). *Ps.* XLV. 8. CX. 1 (k).

35. Ubi jam porro ^{ανάλογον} instituimus illius Doctrinae salutis, quae Verbo Dei comprehenditur: clarissime deprehendimus, Scripturam Sacram, in multis locis, in quibus de summo objecto nostri Cultus, & Religionis agit,

Classica Vet. Test. Tom. 1. Cap. 4.
pag. 177. seq.

(g) Ex his verbis Psaltis Tribus Personis Essentiam Divinam esse communem ostenderunt JOANN. FECHTIUS in *Disput. de S. S. Trinitatis Mysterio*. CHRISTOPH. SONTAGIUS in *Triadologia Vet. Test. Catholica* ex b. l. FRIDERIC. ADOLPH. LAMPE in *Dissert. Theolog. ad h. l.* quae legitur *Syntagma ejus Dissertation. Philolog. Theolog. Vol. 1. Dissert. 7. JACOB. ODE l. c. Sect. 2. Cap. 4. § 3. EMO LUC. VRIEMOET l. c. pag. 172. seq.*

(h) Recentiores nonnulli, Veteres Christianos sequuti, ex Trisagio Angelico Jesiae Cap. 6. v. 3. occurrente, solidum peti posse argumentum pro S. S. Trinitate existimarent. Consule praeter Commentatores in h. l. & *Apocalypsi. Cap. 4. v. 8. JOANN. FORBESIUM in Instructionibus Historico-Theologicis. Oper. Par. 2. Lib. 1. Cap. 16. PETR. ALLIXIUM in *Dissert. de Trisagii Origine*. JOSEPH. BINGHAMUM in Ori-*

ginibus Ecclesiasticis. Vol. 6. Lib. 14. Cap. 2. § 3. CHRISTOPH. HELVICUM in *Disput. 10. Tom. 4. Disputationum Gieffensium. Clas. 6. ut & in Vindicatione Locorum Potissimum Vet. Test. inserta a THOM. CRENIUS Faschi 3 Exercitationum Philologico-Theologic. pag. 241. seq. AUGUST. PFEIFFERUM in *Dubiis Vexatis. Centur. 4. Loc. 3. CAROL. DU FRESNE in Glossario ad Scriptores Mediae, & Insimae Graecitatis. in v. τρισάγιον. JOANN. CASPAR. SUICERUM in *Besauro Ecclesiastico. in v. SIGISMUND. JACOB. BAUMGARTENIUM in Historia Trisagii.***

(i) De hac Jesiae pericopa legi possunt SALOM. GLASSIUS in *Philologia Sacra. Lib. 3. Tract. 2. Canon. 13. AUGUST. PFEIFFERUS l. c. Loc. 26. ANDR. DAN. HABICHORSTIUS in *Esaia S. S. Trinitatis Praecone ad b. l.**

(k) Circa haec dicta Psalm. 45. v. 8. & Psalm. 110. v. 8. adeundi Viri Docti supra indicati.

(l) Fi-

DE MYSTERIO S. S. TRINITATIS. 221

agit, veram Divinitatem, & verae Divinitatis Proprietates, & Characteres, non tribuere uni Personae, sed pluribus, & quidem *tribus*, ubi de illis *Personis*, Patre, Filio, & Sp. S. earumque Perfectionibus, Operationibus, & Attributis *seorsim* loquitur. Quae Demonstratio summae pariter est claritatis, & evidentiae.

36. Et quidem, *a.* Eam Divinitatis Personam, quam *Patrem* appellat, ubique docet & supponit, esse verum, aeternum, & summum Deum; & in eo omnes Christianae professionis homines consentiunt.

37. *b.* Doctrina Spiritus S. de Christo, Servatore nostro, ejusque Attributis, ita habet: Christum Jesum esse Deum, & quidem, *Deum Magnum, Verum, & Benedictum in saecula*; illum secundum *Naturam* aliquam suam excellentiorem, quam *λόγον* & *Πνεύμα* vocat, extitisse, antequam natus fuerit ex Maria Virgine, & prius fuisse *in coelis*, quam manifestatus est in terris; omnem in eo esse Divinitatis perfectionem & (*πλήρωμα*) plenitudinem; omnium rerum esse Creatorem, & Dominum; eundemque *Proprium Dei Filium*, eodem genere invocationis, adorationis, & cultus re-

ligiosi prosequendum, quo veneramur. *Partem (l).*

38. *y.* De *Spiritu S.* passim idem Verbum Dei loquitur tanquam de *Re*, & quidem de *ὑποσάρι* sive *Persona*, quae per naturam in *Deo* est, eademque *Verus* est *Deus*; docetque, omnem pariter in eo esse *Divinitatis perfectionem*, & *Divinis suis operationibus* se ut tales in *Regimine Mundi*, & *praesertim Ecclesiae*, prodere & manifestare, & cum *Patre*, & *Filio* esse *summum nostrae Religionis Objectum*.

39. Quae cum sit certa & clara *Doctrina Verbi Dei*, hanc lucem ubique spargentis, & ex his hypothesis solis, nullisque aliis, nisi coacte & violenter, explicandi: quod *Verbum Dei*

(l) *Filiū Dei esse Vētē Personā Divinā plurimis, ac clarissimis rationib⁹ ostenderunt MATTH. MARTINIUS in Libro inscripto, Theologia de Unica Domini Nostri Iesu Christi Persona. JOANN. GERHARDUS in Disputation. Iugogic Disput. 5. JOANN. JUNIUS in Examīne Responsoris FAUST. SOCINI ad Librum IACOB. WIECKE de Divinitate Filii Dii, & Spiritus Sancti. JOANN. CLOPPENBURGIUS in Post.*

tienibus Theologicis de Filiū Dei Divinitate. Oper. Tom. 1. pag. 288. seq. item in Anti-Smalcio de Divinitate Iesu Christi. Tom. 2. pag. 499. seq. JOS. PLACEUS in Disputation. ex Vet. & Nov. Test. pro Vera Divinitate D. Nostri Iesu Christi contra JOANN. CRELLIUM. Oper. Tom. 2. JOANN. HOORNEEER in Socinianismo Confutato. Tom. 2. Lib. 1. Cap. 1. de Vera Christi Deitate. SAM. MARESIUS in Hydra Socinianismi. Tom.

DE MYSTERIO S. S. TRINITATIS. 223

Dei veneramur, ut infallibilem nostrae fidei & confessionis canonem: quis absque maximo crimine, & temeritate ausit, Divinitatem veram iis negare, quibus Verbum Dei eandem omni loco attribuit, atque adeo inficiari: quod hujus Doctrinae proximum, & necessarium est consequens, Veram Divinitatem *tribus Personis esse communem?*

40. Quis enim dubitet cum ulla specie rationis, quin Scriptores Sacri, in tradendo tanti momenti Religionis Dogmate, non veretantum, & sapienter, sed & *caute* loquantur; atque adeo notiones *Dei*, & *Divinarum Perfectionum*, quas his Personis tribuunt, sumi velint in propria sua, & genuina significatione. Cum ab altera parte constet, Deum verum ma-

3. Lib. 5. Cap. 10. seq. ANTON. HULSIUS in *Examine Catechetico Didactico-Polemico*. Tom. 1. pag. 403. seq. CHRISTIAN. BECMANNUS in *Exercitat. Theolog. pro Vera Deitate, & Humanitate Christi Servatoris Nostri*. WILHELM. MOMMA in *Oeconomia Patriarcharum*. Tom. 2. Lib. 3. JOANN. MELCHIORIS in *Animadversionibus Locorum Deitatem Fili Proabantium. Oper. Tom. 2. pag. 735.* seq. MICHAEL. WALHERUS in *Exerci-*

*tat. Theolog. de Jesu ante Mariam, quae exstat in ejus Dissertation. Theolog. Academic. pag. 91. seq. CHRISTOPH. FRANCKIUS in *Brevi, & Liquida Demonstratione Deitatis Christi*, qua simul ION. SCHLICHTINGII A BUCOWIEC. *Exceptionibus Occurritur. JOANN. CASPAR. Suerius in Symbolo Nicaeno-Constancepolitano Exposito. Cap. 9. nec non in Thesatre Ecclesiastico in v. viii. Tom. 2. Col. 1359. seq. JOANN. PFEIF-**

maxime esse summae suae perfectionis, & gloriae studiosum, eandemque *alii*, non *Deo*, adscribi nolle. Ab altera vero, Scriptores S. hoc sibi maxime habuisse propositum, ut homines ab errore, circa Divinitatem falsam, & fictam, revocarent ad veritatem, eosdemque ad veram veri Numinis Cognitionem, Agnitionem, & Cultum perducerent? Secus enim si fecissent: (absit cogitationis impietas) hominibus occasionem praebuissent errandi in re gravissimi argumenti, & momenti.

41. Ad quae accedit, ipsam συνάφειαν, & *ἀπολύτην* Dogmatum Religionis, quae omnes cuiuscunque Professionis Christiani agnoscunt, has ipsas Verbi Divini hypotheses de Filio, & Spiritu S. necessario postulare.

42. Cum

PFEIFFERUS in 2 Disputat. de Aeterna Christi Divinitate. FRIDERIC. ADOLPH LAMPE in Dissert. Theolog. de λόγῳ Deitate contra Socinianos, inserta Syntagmati ejus Dissertation. Philolog.-Theolog. Tom. 1. Dissert. 11. HERMANN. VENEMA in Exercitation. de Vera Christi Divinitate. JEAN. CLAUDE dans les Oeuvres Posthumes. Tom. 2. Liv. 3. Chap. 1. JAQUES ABBADIE dans Traite de la Divinitate de Notre Seigneur

Jesus-Christ. THEODOR DE BLANC dans Principes contre les Sociniens. Par. 1. Sect. 5. Chap. 25. seq. & Par. 2. Sect. 6. seq. Adjunge his Scriptoribus.

I. Opera Virorum Doctorum, quibus adversus quosdam ex Augustanae Confessioni addictis, JOCOB. ARMINIUM, ejusque ad seculas, probatum dederunt Secundam Personam Divinam, qua Deum, sive respectu Naturae suae, revera esse

42. Cum enim omnes, cujuscunque sint Professionis, Christiani agnoscant, & supponant, Christum Jesum esse verum hominum Servatorem, qui eos ab aeterno exitio vindicet, & aeternam iis conferat salutem, felicitatemque; eorumque per totum Mundum disperorum Pontificem, Regem, & Judicem Summum, ab iis religiose adorandum. Cum praeterea omnes fateantur, Spiritum Sanctum, in Credentibus omnibus, esse Auctorem verae Sanctioniae, & qualicumque Donorum Gratiae; quis non videt, has hypotheses veram, & summam Christi & Spiritus Sanctum Divinitatem, & in Spiritu Sancto insuper veram Personalitatem, supponere, atque inferre?

F f

43. His

esse, ac dici posse auctoratis. Confer
JOANN. CALVINUM in *Explicatione
Perfidiae VALENTINI GENTILIS.
Oper. Tom. 8. pag. 579. seq. LAM-
BERT. DANEUM in *Responsione ad
Novas GUILIELM. GENEBRARDI
Calumnias. Cap. 1. Oper. pag. 1312.
seq. DAN. CHAMIERUM in *Panstrati-
tia Catholica. Tom. 2. Lib. 1. Cap.
5. seq. ANDR. RIVETUM in *Cap. 2.
Genes. Exercit. 14. Oper. Tom. 1.
pag. 60. FRANCISC. GOMARUM in
Corollario, ac Quaestione: An, &
quomodo Christus sit auctoritas. Oper.****

*Par. 1. pag. 754. seq. Haec Diatri-
ba a GIBERT. VOETIO quoque edi-
ta, atque inserta est cum additis
Notis, ejus Selectar. Disputation.
Par. 1. pag. 442. seq. SAM. MARE-
SIUM in *Repetitione, & Defensione
Dissert. Theologic. de Vocibus Trinita-
tis, Essentiae, Personae &c. Sect.
9. § 4. seq. quae exstat in ejus
Defensione Fidei Catholicae, & Or-
thodoxae. pag. 135. seq. HENRIC.
ALTINGUM in *Theologia Problemati-
ca. Loc. 3. Probl. 32. SAM. RHE-
TORFORT in *Examine Arminianismi
Cap.****

43. His summatis praemissis, ipsa illa producenda, & in uberiore hujus Doctrinae expositione, vindicanda sunt loca, quibus *Filio*, & *Spiritu Sancto* summa adscribitur *Naturae Perfectio*, sive *Scriptura* his Personis *Nomina*, *Attributa*, & *Operationes* vindicit *Divinas*. Ex quibus nemo neget *naturam rei cognosci*: sive solius *Naturae Perfectissimae* necessarium consequens, *Cultum Religiosum*.

44. *Nomina* quidem verae Divinitatis illi *Personae*, quae *Filius* dicitur, tribuuntur, tam quae *communia* dicuntur, atque ipsam Dei *naturam* & *essentiam*, aut *perfectiones* nobis repraesentant. אל גבור Deus fortis. *Jes.* ix. 5. אלהים Deus *Ps.* XLV. 7. LXVIII. 8. 9. 19. אֶלְוֹנִי Dominus, *Ps.* CX. 5. הָרָוֹן Dominus *ille*.

Mal.

Cap. 2. Titul. 3. pag. 149. seq. Qui plura desiderat, adeat *JOANN.* *ANDR.* *QUENSTEDIUM* in *Theologia Didactico-Polemica. Par. 1. Cap. 9. Sect. Quaest. 7.* nec non *Auctores* ab illo nominatos. *Judicium* denique *CHRISTIAN. EBERH. WEISMANN.* de hac quaestione legi potest *Schedias matum Academicorum* pag. 39. seq.

*II. Eruditi, qui Deitatem Filii probatam dederunt adversus *Re-* cutitos v.c. PETR. HABERKORNIUS*

*de Divinitate Messiae, ex collatione Locorum *Vet. Test.* contra *Judaeorum Depravationes Asserta, & Exhibita.* *JOANN. STEPHAN. RITTANGELIUS* id *Veritate Religionis Christianae.* § 74. seq. *GOTTFR. CHRIST. SOMMER-* *RUS* id *Specimine Theologiae Sobari-* *cae. Tbej. 6. seq. & Tbej. 11.**

III. Theologi, ac Philologi non- nulli censuerunt verbis "מֶלֶךְ", quibus *Paraphrastae Chal-* daei nomen יהוָה plurimis in locis

Vet.

DE MYSTERIO S. S. TRINITATIS. 227

Mal. III. 1. Ἡ Jah. Ps LXVIII. 5. Θεὸς & qui-
dem ὁ Θεὸς. Job. I. 1. Rom. IX. 5. Job. XX. 28.
I Tim. III. 16. ὁ μέγας Θεὸς *Magnus ille Deus.*
Tit. II. 13. coll. cum III. 4. ὁ αἰνητός Θεὸς *Verus
ille Deus.* I Job. V. 20. מלך הכבוד *Rex Glo-
riae.* Ps XXIV. 7. 8. cui respondet Pauli il-
lud, Κύριος τῶν δόξης *Dominus Gloriae.* I Cor. II. 8.
quam τὸ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα *nomen illud,* quod est
supra omne nomen יהוָה. Phil. II. 9. 10. coll.
cum Ies. XLV. 23. Rom. XIV. 10. 11. Ps. CII.
17. Fer. XXIII. 5. 6. ὁ Κύριος *Dominus ille.* 2 Cor.
III. 18.

45. *Perfectiones autem, sive Attributa, &
Proprietates veri Dei, pariter illi Personae Di-
vinæ, quae Filius dicitur, sive Christo Ser-
vatori nostro, secundum excellentiorem quan-
dam*

F f 2

Vet. Test., vertere solent, designa-
ti Filiū Dei; ut & hac formula
in Paraphrasibus Chaldaicis saepe
obvia sunt ad Filii Deitatem ad-
versus Anti-trinitarios evincendam.
Præterea inter hujus sententiae pa-
tronos inveniuntur, qui volunt Jo-
annem Apostolum, vocem λόγου,
quae in ejus Euangeliō, & Epistola I.
multis in pericopis occurrit, ex me-
moratis verbis Paraphrasarum de-
sumisse. Hujus sententiae, ut alios

taceamus, fautores fuere PETR.
COLUMN. GALATINUS de Arcanis
Catholicæ Veritatis. Lib. 3, Cap. 5.
THEODOR. BEZA in Annotation. ad
Joann. I. v. 1. PHILIPP. MORNÆ-
US in Admonitione de Messia adver-
sus Judæos. DAN. HEINSIUS in
Aristarcho Sacro. Cap. II. pag. 923.
seq. MARTIN. CHEMNITIUS in Har-
monia Euangelica. Lib. I. Cap. I.
JOANN. STEPHAN. RITTANGELIUS
in Notis ad Librum Fezirab. pag. 96.
cen-

228 CAPUT QUARTUM

dam suam Naturam ubique vindicantur: ut sunt INDEPENDENTIA. *Apoc.* i. 8. 17. *Omnisufficientia.* *Job* v. 26. I *Job*. v. 10 τὸ πλήρωμα τῆς οἰκότητος plenitudo Deitatis. *Col* ii. 9. *ÆTERNITAS.* *Heb.* vii. 16. ix. 14. *Job*. i. i. viii. 58. *Col*. i. 15. 17. *IMMUTABILITAS,* & *Simplicitas.* *Psi*. cii. 27. 28. *Omnipraesentia.* *Heb.* vii. 26. *Ephes.* iv. 9. 10. *Job*. iii. 13. *Matt.* xviii. 20. *Omniscientia.* *Matt.* xi. 27. *Job*. ii. 24. 25. *XXI.* 17. *Apoc.* ii. 23. *Omnipotentia.* *Apoc.* i. 8. *Phil.* iii. 21. *Sanctitas essentialis.* *Rom.* i. 4. *Gloria.* *Job*. i. 14. *XVII.* 5.

46. *Opera item omnia, quae constat esse veri Dei, & Patris,* *Job*. v. 17. 21. *Tum NATURÆ. Creatio.* *Psi*. xxxiii. 6. *Job*. i. 3. *Jes.* xl. 9. 12. *Prov.* viii. 27. 31. & *Conser-*
va-

seq. SALOM. GLASSIUS in *Onomotologia.* Cap 8. § 1. Opuscul. pag. 468.
seq. PETR. ALLIXIUS in *Judicio Veteris Ecclesiae Judaicae Contra Unitarios.* Cap. 8. JOANN. VAN DER WAEYEN in *Dissert. de θόρυβῳ aduersus JOANN.* CLERICUM, praemissa RITTANGELII Librae Veritatis! JOANN. MEYERUS. in *Fundamentis Theologiae.* Par. i. Cap. 8. JOANN. FRANCISC. BUDDEUS in *Institutionibus Theologiae Dogmaticae.* Lib. 2. Cap. i. § 55.

Cum JOANN. VECHNERUS in *Concionie in Initium Joannis*, ex hac phrasι Paraphraitarum pro Filii Deitate argumentum peteret. Illum adgressus est JOANN. SCHLICHTINGIUS in *Animadversionibus GEORG. VECHNERI Concioni Oppositiis.* Ulterius sententiam SCHLICHTINGII comprobare adloboravit ANONYMUS, cuius nomen esse traditur GUILIELM. VORSTIUS in *Llibello inscripto. Disceptatio de Ver-*
bo

DE MYSTERIO S. S. TRINITATIS. 229

vatio. Col. i. 17. Heb. i. 3. Tum GRATIÆ Redemtio. Ies. LIV. 5. Job. XVII. 9. 10. Heb. II. 16. Sanctificatio. Heb. II. 11. coll. cum Ezech. XX. 12. Vivificatio peccatoris mortui in lapsibus, & peccatis. Job. v. 21. Vivificatio sive Resuscitatio corporum, quae sunt in monumentis. v. 28. 29. Cujus specimen edidit in corpore Lazarus, & aliorum. Job. XI. 43. 44. imo & sui ipsius corpore. Job. II. 19. Missio Spiritus Sancti Job. XVI. 7. Remissio peccatorum; Matt. IX. 6.

47. Honor vero Filio idem competit, qui Patri. Job. v. 23. Pater quaerit Gloriam Filii Job. VIII. 50. XVII. I. Unde Filius adoratur. Heb. I. 6. Phil. II. 10. II. Laudes, & vota Ecclesiae ei offeruntur Apoc. V. 12. 13. 14. Act. VII. 59. 2 Cor. XIII. 13. Fides, & spes Ecclesiae

F f 3

in

bo, vel Sermone Dei, cuius creber-
rima fit mento apud Paraphrastas
Chaldaeos. Jonathan, Onkelos, &
Targumim Hierosymanum. quae
postea praemissa est ejus Bilbrae
Veritatis, mox citandae. Huic
Tractatui se opposuerunt JOANN.
STEPHAN. RITTANGELIUS in Libra
Veritatis a JOANN. VAN DER WAE-
YEN quoque publici juris facta.
& JOSEPH. DE VOISIN in Disputa-
zione Orthodoxa de S. Trinitate.

RITTANGELIO respondit VORSTIUS,
omisso iterum nomine suo, in Bi-
libra Veritatis, & Rationis de יְהִי
, seu Verbo Dei, Libro
JOANN. STEPHAN. RITTANGELII
Opposita. Praeterea adversus VOR-
SINUUM calatum strinxit in Appen-
dice continente Animadversiones in
Disput. Orthod. de S. Trinitate
JOSEPH. VOISINI. Adstipulantur
Vorstio alii Eruditi, qui quoque
censent ex hac formula minime
fo.

230 CAPUT QUARTUM

in ipso terminatur. *Joh.* XIV. 1. *Rom.* XV. 12. Semen Israëlis ipso gloriatur. *Jes.* XLV. 25. In ipsis nomen baptizamur. *Matt.* XXVIII. 19.
Aυτῷ οὐ δόξα εἰς τὰς αἰώνας.

48. Quod ad tertium attinet Divinitatis *σάρπειον*: *Spiritum Sanctum* praenotandum est, ipsis Adversariis non negantibus, dupli modo illam notionem in Sacris Literis usurpari, *Proprie*, vel *Improprie*, sive metonymice. *Proprie* quidem, ubi notat *Causam*, sive Auctorem excellentium quarundam, sive Operationum, sive Donorum Gratiae, quae in homines, imprimis in Oeconomia Gratiae, consert: ut fit i *Cor.* XII. 10. 11. *Improprie* vero, & metonymice, ubi notat ipsa illa *Dona*, sive *effecta* Gratiae, quae a Spiritu S. in animis electorum Dei producuntur. Inter quae sunt variae virtutes, & laudabiles mentis humanae *affectiones*, sive

solidam, ad demonstrandam Filii Deitatem, desumi posse. ut THEODOR. HACKSPANIUS de *Usu Librorum Rabbinorum*. Cap. 2. JOANN. SAUBERTUS in *Dissert. de Voce θέος* Joann. I. v. 1. quae exstat Par. 2. *Thesauri Philolog. Theolog.* SALOMON DEYLINGIUS *Observation. S. Par. 1. Observ. 49. de Voce*

*θέος. Joann. I. v. 1. Plura hac de contentione cupiens, inspiciat JOANN. HENRIC. HOTTINGERUM in Historia Creationis. Quaest. 37. pag. 53. seq. & in primis JOANN. CHRISTOPH. WOLFUM in *Dissert. de Verbo Domini*, quae prostat ad calcem Lib. 6. Par. 2. ejus Bibliothecae Hebraeae.*

IV. Po-

DE MYSTERIO S. S. TRINITATIS. 231

sive dispositiones, nomine SPIRITUS SANCTI designatae: ut fit Gal. iii. 3. 5. Ephes. v. 18. Thess. v. 19 (m).

49. Quo supposito, evincendum est 1. Scripturam Sacram *hoc nomine*, *proprie accepto*, non notare *donum aliquod Dei* in hominibus, vel quendam hominum *affectum*, aut dispositio-
nem, vel etiam *quandam Dei Virtutem*, quae
ejusmodi *affectum*, sive *dispositionem* in homine
causatur, sed *Personam*, hoc est, *rem intelligen-
tem*, & *vere per se existentem*. 2. Scripturam
hoc nomine *designare Personam aliquam vere Di-
vinam*.

50. Nomine *Spiritus Sancti* in Verbo Dei indi-
cari *Personam*, patere potest ad conscientiam
τὸν νοεῖτων, tum ex *Nominibus*, *Attributis*, *Virtu-
tibus*, & *Operationibus Personalibus*, quae ad
illum in Verbo Dei referuntur; tum denique,
quod ut *Persona* cum aliis *Personis* recensea-
tur,

IV. Polemici, qui, praeter Ju-
duaos, Mudammedos, Socinia-
nos, aliosque Christo-machos op-
pugnarunt, & debellarunt, suis
locis indicandi.

V. Viri Docti, qui de Persona
Iesu Christi lucubrationes in lu-
cem emiserunt, quorum infra ad

Cap. 21. mentionem injiciam.

(m) Circa notionem Spir-
itus Sancti consulendi sunt (praeter
Viros Doctos mox commemoran-
dos) Auctores, quorum notitiam
dabo infra ad § 83. hujus Capi-
tis.

(n) Spi-

232 CAPUT QUARTUM

tur, & alterius rei specie appareat; &c. 1 Cor. 11. 10. XII. 11. Act. 1. 8. Matt. XXVIII. 19. Job. XIV. 26. XV. 26. Rom. VIII. 16. Matt. III. 16. Imo pronominibus quoque Relativis Personalibus designetur. Job. XVI. 13. Ephes. 1. 13.

14.

51. Porro, cum nulla specie negari queat, ex proprio hujus notionis usu Spiritum Sanctum esse Θεῖον τὸ Divinum quid, quod in Deo est, & ad Deum pertinet: probato, & concessio, Spiritum Sanctum esse Personam; simul fere evicerimus, esse Personam Divinam (n).

52. Facile tamen est id seorsim novis, & validis adstruere argumentis, quia ejusmodi *Nomina*, *Atributa*, *Opera*, horumque consequens *Honor*, ipsi in Verbo Dei adscribuntur, quae per rationem constat solius esse αληθινὸς Θεός.

53. No-

(n) Spiritum Sanctum esse Personam, nec non Illum esse Personam vere Divinum manifestum fecerunt MATTH. MARTINIUS in *Appendicula de Deitate Verae Sancti Spiritus*. l. c. pag. 495. seq. JOANN. GERHARDUS l. c. *Disput.* 6. JOANN. JUNIUS l. c. ANTON. HULSIUS l. c. pag. 660. seq. IOS. PLACEUS l. c. pag. 1105. seq. LUDOVIC. CAPPELLUS in *Thebis. Theolog. de Deo Uno*, &

Trino Par. 2. quae est de Spiritu Sancto. *Theb. Salmuriens.* Par. 1. JOANN. HOORNBEK l. c. *Tom. 1. Cap. 5.* pag. 443. seq. SAM. MARESIUS l. c. *Cap. 14.* item in *Disput. Theolog. de Personalitate*, adeoque *Divinitate Spiritus Sancti*, quae existat in ejus *Sylloge Disputationum Par. 1.* pag. 364. seq. JOANN. WOLFGANG. JAEGERUS in *Examina Theologiae Novae Controvers.* 10. de *reali misericordia misericordia Jo-*

DE MYSTERIO S. S. TRINITATIS. 233

53. *Nomina quidem Divina, tum essentiae quasi communia, οὐδὲς Deus, Act. v. 3. 4. 1 Cor. III. 16. 17. יְהוָה אֱלֹהִים Israelis, 2 Sam. XXIII. 2. 3. tum proprium, יהוָה. Es. vi. 9. coll. cum Act. XXVIII. 25. 26. Exod. XVII. 1. 7. coll. cum Heb. III. 7. 9. Respondet, ὁ Κύριος 2 Cor. III. 17.*

54. *Perfectiones vero, cuiusmodi sunt: Omnipraesentia. Ps. CXXXIX. 7. Perfectissima Scientia, sive Conscientia eorum omnium, quae in Deo sunt. 1 Cor. II. 10. II. Sanctitas originalis. Jes. LXIII. 10. II. Omnipotentia. 1 Cor. XII. 4-II.*

56. *Sed Spiritus Sancti erat, se maxime manifestum facere per opera sua. Est autem opus Spiritus Sancti, res omnes, tam in natura, quam in gratia, perficere: quod in natura rerum,*

G g pri-

JOANN. CASPAR. LOECHERUS Observationum Selectarum Fafic. I. Observat. 9. de Singularibus de Spiritu Sancto. JOANN. FRANCISC. BUDDEUS de Divinitate Spiritus Sancti ex Oeconomia Gratiae Demonstrata. FRIDERIC. ADOLPH. LAMPE l. c. Cap. 2. seq. CHRISTOPH. AUGUST. HEUMANNUS in Programmate Pentecostali de Spiritus Sancti Divinitate Religionis Nostrae Testimonio Interno. quod prostat in ejus Primi-

tiis Gottingensibus. pag. 197. seq. JOANN. GEORG. WALCHIUS in Appendice Meditationum Sacrarum, sub juncta ejus Miscellaneis Sacris. Meditat. 2. seq. JOANN. JACOB. QUANDT in variis Programmatibus, quae exhibet JACOB. BRUCKERUS im dem Bilder-Sal beutiges Tages Lebender Schriftsteller Par. IO. in ejus vita. THEODOR. DE BLANC. l. c. Chap. 25. JOANN. OWEN in zyne Verhandelingen aangaan.

234 CAPUT QUARTUM

primo instituenda, fiebat per *motum*, & *vivificationem* creaturarum, earumque *ordinationem*. Ut adeo ordinatissimus ille, & pulcherimus *ordo*, qui in hoc universo omnes in sui rapit admirationem, auctorem habeat *Spiritum Sanctum* Gen. 1. 2. Ps. xxxiii. 6. Job. xxvi. 13. xxxiii. 4. In *gratia* vero fit per *vivificationem*, & *excitationem* mentis humanae; aut ad *tales operationes*, sive *dispositiones habituales*, quae ab aeterna salute sejungi possunt; ut sunt *ingenium*, *industria*, *fortitudo*, *robur*, *scientia*, *sapientia*, *prudentia*, *donum Prophetiae*, Miraculorum sive *évepyquidrav*, Sanationis, Linguarum, & *heroica facinora*, quibus Viri fortes se Popolu Dei, a Dei Spiritu excitati, olim commendarunt. Gen. xli. 38. Exod. xxxi. 3. Jud.

III.

gaande den Heiligen Geest. Evolve adhuc Scriptores, qui Macedonium, aliasque Pneumatomachos confutarunt; quorum aliquos supra adduxi. Addenda Opera Eridorum adversus Judaeos, speciatim Sadducaeos, evulgata, ut & Commentatores, & Philologos ad locum A&or. Apostol. Cap. 23. v. 8. Denique inspice, cui volupe est, *Programma MICHAEL. WALTHERI de Testimonio Luciani in*

Philopatride Prostante, de Divinitate S. Spiritus. insertum ejus Differat. Theologic. Academic. pag. 271. seq.

Ad hunc locum referri queunt haec duo quaesita.

I. An *Spiritus Sancti exspectanda* sit *incarnatio*? Confer hac de re JOANN. FRIDERIC. MAYERUM in *Disquisit. An Speranda sit Spiritus Sancti Incarnatio.* & JOANN. WOLFGANG. JAEGERUM in *Exa-*

mine

DE MYSTERIO S. S. TRINITATIS. 235

III. 10. 1 Sam. x. 6. 1 Cor. XII. 8. aut ad nobiliores, quae cum salute nexum habent, ut sunt dona fidei, spei, charitatis, & omne genus verarum Virtutum Christianarum, quas Spiritus Sanctus in electis Dei producit; quae sunt fructus Spiritus Sancti unde Spiritui Sancto adscribitur Illuminatio animi, Regeneratio, Sanctificatio, Convictio, Resuscitatio, &c. Job. III. 5. 6. 2 Cor. III. 6. 1 Cor. VI. 11. Rom. VIII. II. 13. 14. 15. Quae opera Spiritus conspicua fuerunt, a condito mundo, usque ad hoc tempus.

56. Idem ille Spiritus, tam in animis omnium credentium, quos inhabitat, colitur, honoratur, & adoratur, (1 Cor. III. 16. 17. VI. 19.) quam in tota Ecclesia. Ies. LXIII. 10 Ies. VI. 3. coll. cum Act. XXVIII. 25. 2 Cor. XIII. 13. Ps. XCV. 7. Heb. III. 7. 8. Apoc. I. 4. 5. & nemo Christianorum est, qui huic cultui per baptismum non sit consecratus, Matt. XXVIII. 19.

G g . 2

57. At-

mine Theologiae Novae Centro-
vers. 9. II. An Seculum Spiritus Sancti
futurum sit? Hoc de figura-
quorundam veterum, atque re-
centiorum videantur Viri Doctri-
nati. MAZERATI. nominati a JOANN. GEORG. WAL-
CHIO. l. c. pag. 777. seq.
III. An

57. Attentionem insuper summam in hac
meretur, quod Dominus Jesus blasphemiam in Spiritum Sanctum, ut omnium gravissimum peccatum, describat, Matt. XII. 31.

58 Evincatur nunc rursus *ανατίθητως* ex praemissis, rite probatis, in Deo esse tres, sive Deum esse tres, Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum.

59. Huc usque, ubi in disputatione perven-
tum est, utile est, ut, quae ad *illustrandum* hoc
μυστήριον faciunt, in medium proferantur: per
quae non tam intelligimus, quae ex natura re-
rum, aut Philosophia cum Judaeorum, tum Gent-
ium, a quibusdam nostrarum Ecclesiarum Do-
ctoribus, magna opera huc congeruntur. Sive
jam conentur demonstrare, similem quandam
Triunitatem in aliis quoque rebus, tam materia-
libus, quam spiritualibus observari. Sive etiam
ex monumentis priscae antiquitatis evincere,
hoc mysterium non penitus latuisse antiquo-
rum Philosophos, Pythagoricos maxime, & Pla-

III. An Oeconomiae, & Gubernationis Dei in Ecclesia, sint tres Periodi, & Saecula. 1. Patris. 2. Filii. 3. vero Spiritus Sancti, quod erit Saeculum Saeculorum, cum Spectaculus Sanctus erit omnia in omnibus? Adfirmavit praeter alios PETR. ALLINGA in Face Disjunctio ex.

DE MYSTERIO S. S. TRINITATIS. 237

tonicos (o): quippe quorum pleraque frustra, & absque ullo solido fundamento, dicuntur, saepe etiam absque judicij ^{anopis}, & divinae Majestatis reverentia, cujus in hac disputatione vel maxime nos memores esse oportet: quam quae in Scripturis Veteris Testamenti egregia dicta habentur, in quibus ad hoc mysterium manifeste alluditur, quaeque ex hac hypothesi scite, & eleganter exponuntur: etsi forte in invicta demonstratione hujus veritatis, qualis in Disputationibus adhibenda est, si alia loca clariora non extarent, ad ea superesset species exce-

G g 3 ptio-

extincta. Cap. 41. Negavit vero MELCH. LEYDEKKER in *Face Veritatis.* Loc. 4. *Controvers.* II.

(o) Trinitatis vestigia occurtere apud nonnullos Ethnicos Philosophos, ut Zoroastrem, Pythagoram, Platonem, aliasque, post quosdam Veteris Ecclesiae Doctores censuerunt, AUGUST. STEUCHUS EUGEBINUS de *Perenni Pbilosophia.* Lib. 2. Cap. 3. PHILIPP. MORNAEUS de *Veritate Religionis Christianae.* Cap. 6. PETR. DAN. HUETIUS in *Quaestionibus Alnetanis.* Lib. 2. Cap. 3. JOANN. SELDENUS de *Diis Syris.* Syntagm. 2. Cap. 1. ATHANAS. KIRCHERUS in *Oedipo Aegyptiaco.* RADULPH. CUDWORTHUS in *Syste- mate Intellectuali Tom. 1.* Lib. 1.

Cap. 4. HENRIC. JACOB. VAN BAS-HUYSEN in *Dissert. de Iside Magna Deorum Matre.* JOANN. LAMMIUS de *Recta Christianorum in eo, quod Mysterium Divinae Trinitatis attinet, Sententia.* Lib. 3. His vero se opposuerunt, ac dogma de Tribus, in Una Essentia Divina, Personis, Gentilibus incognitum fuisse, adseruerunt DIONYS. PETAVIUS *Theologorum Dogmatum.* Tom. 2. Lib. 1. Cap. 1. seq. TOB. PFANNERUS in *Systematice Theologiae Gentilis Purioris* Cap. 3. JACOB. THOMASIUS in *Dissert. de Persarum, Platoniorumque Trinitate:* quae ab ejus Filio CHRISTIANO THOMASIO inserta est Tom. 3. *Historiae Sapientiae, & Stultiiae.* HERMANN. WATSIUS *Aegyptiacorum Lib.*

ptionis. Saepe enim accedit, ut, ubi de *Deo* vero mentio est, in uno eodemque loco, *tripli* nomine distincto, appelletur, vel nomen *Dei* ter repetatur. Quod, (absit irreverentia:) speciem videri posset habere τυτολογιας, nisi supponeretur majus hic subesse mysterium, *Gen.* XVIII. 2. XIX. 24. XLVIII. 15. 16. *Num.* VI. 24. 25. 26. *Jos.* XXII. 22. *Ps.* L. I. *Jes.* XXXIII. 22. *Obad.* I. I. *Zach.* I. 3. *Exod.* XXXIV. 5. *Dan.* IX. 19. I. *Cor.* XII. 5. 6. 7. *Ephes.* IV. 4. 5. 6. 60. Caeterum quae Scriptura tradit tres dari, qui *Dei* insigniuntur nomine, & divinitatis

Lib. I. *Cap.* 3. & *Lib.* 2. *Cap.* 4.
JOANN. BENEDICT. CARPZOVUS in
Dissert. de Trinitate Platonica; quae
est ejus *Dissertationum Academicarum*
ordine 23. JOANN. CLERICUS
in *Epistolis Criticis. Epist.* 7. AUCTOR
Observation. S. *Lib.* 5. *Cap.*
II. JOANN. FRANCISC. BUDDEUS in
Institutionibus Theologiae Dogmaticae.
Lib. 2. *Cap.* I. § 55. JACOB. BRUC-
KERUS in *Historia Critica Philosophiae.* Tom. I. Par. 2. *Lib.* 2. *Cap.*
6. *Sect.* I. & *Cap.* 10. *Sect.* I. JA-
QUES BASNAGE dans *l'Histoire des*
Juifs Tom. 3. *Chap.* 3. seq. THEO-
DOR. DE BLANC I. c. *Praeterea ins-*
picie Auctores, quos enumeravit
JOANN. ALBERT. FABRICIUS in *Bi-*
blioteca Graeca. Tom. 2. *Lib.* 3.

Cap. I. pag. 39. seq. & in *Del. Ar-*
gum. § Syllab. *Scriptor.* de *Verit.*
Relig. *Christian.* *Lib.* 8. pag. 304.
seq. Postremo consule, si placet,
GODF. EPHRAIM. MULLERUM in
Otio Philologico Dissert. I. ubi inqui-
rit. *Num quid inter Profanos Deorum*
Cultores de Spiritu Sancto Confiterit.

Heic memorari licet
I. Anti-Trinitariorum sententiam,
quae hue redit. Dogma Christianorum de S. S. Trinitate originem
habere, non e Sacris Literis, sed
ex Schola Platoniconum. Horum
Philosophia cum Doctores Ecclesie
Veteris essent imbuti, inde
doctrinam de Tribus Personis in
una, eademque Essentia Divina,
in Ecclesiam introduxisse. Hanc
opi-

DE MYSTERIO S. S. TRINITATIS. 239

tis gloria fulgent; Patrem, Filium, & Spiritum sanctum eadem tradit sub his tribus Nominibus, non esse intelligendam unam *ὑπόσωμην* Divinam, quae pro varia sua operatione, aut *οχέαις* ad Economiā Gratiae varie appelletur: sed sub Nonminibus hisce intelligendas esse *τρισάρχεις*, sive Personas *distinctas*, quarum *una* non sit alia, sed quae tanquam *alius*, & *alius* ab invicem distinguuntur, genere distinctionis vere Personalis.

Joh. v. 32. XIV. 16. Zach. xi. 12.

61. Cujus distinctionis argumenta, omni majora exceptione, sunt distinctiae *οχέαις*, quibus illae

opinionem initio hujus saeculi renovavit, atque fuse adstruere conatus est MR. SOUVERAIN Piétavio antea Reformatorum Ecclesiastes, in Libro Gallica lingua conscripto, cui titulum fecit *Le Platonisme Devoile, ou Essai touchant le Verbe Platonicien*. Figmentum hoc Unitariorum exploserunt JOANN. GUILIELM. JANUS in *Dissert.* quam sub praesidio GEORG. NEUMANNI defendit *de Trinitate Platonismi Vere, & Falso Suspecta*. JOANN. FRIDERIC. MAYERUS in *Dissert. de Λόγῳ*. PETR. POIRETUS in *Operibus Posthumis*. ZACHAR. GRAPIUS in *Systemate Novissimarum Controversiarum Tom. I. Cap. 2. Quæst. 2.* FRANCOIS. BALTUS dans *Defense*

des S. S. Peres *Accusez du Platonisme*. Adjunge his Auctores de vera Origine vocis *λόγος* jam jam memorandos.

II. Scripta eristica, magno numero in lucem emissā de Origine vocis *λόγος*. Vocabulo hoc Pythagoricos, & Platonicos primum usos esse, atque ab iis Joannem Apostolum in initio Euangelii sui mutuasse post DAN. ZWICKERUM, aliosve, contendit JOANN. CLERICUS dans *Bibliothèque Universelle, & Historique de l'Annee 1688. Sept. § 8. pag. 400. seq.* ut & in *Parapbraſt, & Animadversionibus in 18 priora Commata Cap. I. v. 1. Joannis.* quae prostant in limine ejus *Commentarii in Exodum*

po-

illae Personae inter se relatae sunt: ex quibus petenda vera ratio expositionis Nominum, quibus communiter insigniuntur, *Patris, Filii, & Spiritus. Sancti.*

62. Quae *χέρεις* vel sunt *Naturales*, vel *Oeconomicæ*, fundatae in libero Gratiae Consilio.

63. Una enim Persona aliam dicitur *generare, mittere, ungere*: alia vicissim *generari, mitti, & ab alia procedere*: alia aliis *Angelus, imo, quae mystica phrasis est, alia aliis Deus dicitur, Ps. XLV. 8.*

64. Et-

postremo in *Epistolis Criticis. Epist. 8, & 9. Artis Criticae. Vol. 3.* Hujus opinionis falsitatem monstrarunt, atque Joannem hanc vocem e Veteri Testamento defunsiisse, comprobarunt **JOANN. SAU-
BERTUS** in *Dissert. de Voce λόγος*, quae inserta est *Par. 2. Thesauri Theologici. pag. 355. seq. MELCH.
LEYDEKERUS* in *Archaeologia Sacra Dissert. 4. adnexa Tom. 1. de Republica Hebraeorum. JOANN. VAN
DER WAEYEN* in *Dissert. de Vocabulo λόγος*, non ex Platone primum Repetito, & in Religionem Illato, adversus **CLERICUM**, quae praemissa est **JOANN. STEPHAN. RIT-
TANGELII** *Librae Veritatis* ab illo editae. **HERMANN. WITSIUS** *Mis.*

*cellaneorum Sacrorum Tom. 2. Exer-
cit. 3. περὶ τῷ λόγῳ. JOANN. MARC-
KIUS* in *Biblicis Exercitationibus. Par. 2. Exercit. 36, & 39. ad A-
ctor. Cap. 10. v. 36. & Cap. 13. v.
26. ELIAS BENOIST* in *Dissertatio-
nibus Epistolicis. Epist. 1. AUCTOR
l. c. CRIST. THEOD. WALTHERUS
de λόγῳ Filio Dei contra **JOANN.
CLERICUM** **FRIDERIC. ADOLPH.
LAMPIUS** in *Prolegomenis in Joan-
nen Lib. 2. Cap. 3. § 52. seq. BER-
NARD. SEBAST. CREMER* in *Decad.
Exercitationum Theologicarum de
Prologo Euangelii Iohannis. Exer-
cit. 2. § 2. ZACHAR. GRAPIUS l. c.
Quaest. 17. SALOM. DEYLINGIUS
Observationum Sacrarum. Par. 1.
Obser. 59. JOANN. GEORG. WAL-
CHIUS**

DE MYSTERIO S. S. TRINITATIS. 241

64. Et quidem Nomina Patris, & Filii referenda sunt ad *χέιν*, non Oeconomicam, sive Arbitrariam, sed Naturalem, & Necessariam, quae inter Primam, & Secundam *τρόπας* obtinet, qua Prima est *principium existentiae*, sive *subsistentiae* Secundae *τροπάς*; Secunda autem *τρόπας* vere a Prima est producta, & a Prima est, & subsistit (p).

65. Esse autem *χέιν* illam, quae notionibus Patris, & Filii significatur, non Oeconomicam, sed Naturalem, colligimus ex summa vi, & efficacia phrasium, quibus Verbum
H h Dei

CHIUS in Observationibus Sacris in Novi Foederis Libros. Par. 1. Observat. 5. JOANN. LAMMIUS l. c. Lib. 5. Cap. 5. seq. Insuper de Origine hujus vocis legi potest modo laudatus LAMPIUS in Dissert. de Locis Novi Testamenti, quae de λόγῳ Ἰησοῦ agere videntur, quae exstat in Syntagmate ejus Dissertationum Philologico-Theologicarum Vol. 1. Dissert. 6, & in Dissert. Theolog. de Origine Nominis λόγος. ibid. Dissert. 16. JAQUES BASNAGE dans l'Histoire des Juifs. Tom. 3. Liv. 4. Chap. 24. Adde, quae hac de reddidisse JOANN. LAURENT. MOSHEMIUS in Commentatione de Turba.

ta per Recentiores Platonicos Ecclesia, quae infra ejus Dissertationum ad Historiam Ecclesiastican Pertinentium. Vol. 1. pag. 85. seq. Cum PRUDENT. MARANUS Par. 2. Praefationis, i quam suae editioni Justini Pbilosophi, & Martyris praefixit hanc MOSHEMII Commentationem, gravi censura notasset: hic se defendere adloboravit in Praefatione Vol. 2. Dissertationum memoratarum. Denique evolve Scriptores Exegeticos, & Philologicos ad initium Euangelii Joannis.

(p) De Generatione Secundae Personae Divinae, & Genuina Ratione, quare Prima Personarum Pater, atque Secunda Filius ad-
pel-

242 CAPUT QUARTUM

Dei, in hoc mysterio, tradendo utitur, cui per aliam qualemcumque hypothesisin satisficeri nequit.

66. Nempe Secunda Persona dicitur **Filius** *Prov.* xxx. 4. *Ps.* 11. 7. 12. & quidem secundum maximam, & excellentissimam significationem hujus vocis. *Heb.* 1. 5. 8. *Rom.* 1. 4. *Joh.* 111. 36. *Matt.* XVI. 16 *Heb.* v. 8. **PROPRIUS Filius.** *Rom.* VIII 32. **UNIGENITUS.** *Joh.* 1. 14. 18. **PRIMOGENITUS.** *Heb.* 1. 6. *Col.* 1. 15. **Germen Iehovae.** *Ies.* IV 2. *Luc.* I. 78. **Character illius, quod in Patre est.** *Heb.* 1. 3. **Imago Dei.** 2. *Cor.* IV. 2.

67. Filii autem cum respectus sit ad **Patrem, Prima Divinitatis Persona dicitur, PATER Secundae,** *Matth.* XI. 27. & quidem **PR**

PRI-

pelletur, egerunt DIONYS. PETAVIUS Theologicorum Dogmatum. Tom. 2. Lib. 5. Cap. i. JOANN. HOORN-BEEK in Socinianismo Confutato. Tom. 2. Lib. 1. Cap. 1. pag. 6. seq. SAM. MARESIUS in Hydra Socinianismi. Tom. 3. Lib. 5. Cap. 12. JOANN. BRAUNIUS in ἐπιμέτεω de Aeterna Generatione Filii, subnexo ejus Commentario in Epistolam ad Hebreos. JOANN. MARCKIUS in Exercitationibus ad Selecta Loca

Vet. & Nov. Test. Exegeticis. Exercit. 15. ad Psalm. 2. v. 7. JOANN. CASPAR. SUICERUS in Symbolo Niceno-Constantinopolitano Exposito. Cap. 7. & 8. nec non in Thesauro Ecclesiastico. in v. γέννησις. FRANCISCUS FABRICIUS in Christo Unico, ac Perpetuo Fundamento Ecclesiae. Dissert. 2. ad Proverb. Cap. 8. v. 22. & 23. CAMPEG. VITRINGA F. in Thesibus Theologicis. Cap. 4. § 32. seq. quae profant in ejus Opusculis

DE MYSTERIO S. S. TRINITATIS. 243

PRIUS PATER, *Job.* v. 8. & *Filiū ante saecula*, & ab omni aeternitate generasse, sive *prodixisse*, *Prov.* viii. 24. 25. 30. *Mich.* v. 1. *Job.* v. 26. *Job.* vi. 57. unde Christus *κατ' ἐμφασιν*.
FILIUS PATRIS, 2 *Job.* v. 3.

68. Quarum vocum, & phrasium vim minime exhauriunt, quae *huc a Socinianis adferuntur*: rationem nimirum, cur Christus Jesus *Filius Dei*, & *Patris* appelletur, petendam esse, sive ab *amore singulari*, quo Deus Christum complexus est, (*Matth.* xvii. 5.) sive *a miraculosa ejus nativitate ex virginе Maria*, (*Luc.* i. 35.) sive ab *ejus ordinatione ad munus Mediatorum*, (*Job.* x. 35. 36.) sive ab *ejus resuscitatione e mortuis*, (*Act.* xiii. 32. 33.)

69. Etiam si enim non negem, posse Personam, cui haec attributa insunt, aliquali ra-

H h 2

tio-

lis ab HERMANN. VENEMA evul-
gatis. JOANN. FRIDERIC. WUCHE-
RER in *Vindictis Aeternas Divi-
nitatis Iesu Christi adversus Mani-
chaeum Exercit.* 5. CHRISTIAN.
WEISIUS de *Aeterna Christi Diti-
nitate.* CHRISTIAN. FRIDERIC.
BOERNERUS in *Dissertationibus Sa-
crais* *Dissert.* 3. ad *Psalm.* 2. v.
7. PIERRE JURIU dans *Tableau du Socinianisme.* 1. Par. 6. Lettre

2. Art. seq. THEODOR. DE BLANG
dans *Principes contre les Sociniens.*
Par. 1. Sect. 5. Chap. 25. seq. Evolu-
te adhuc, si libet, ISAAC DE BE-
AUSOPRE dans *L'Histoire Critique de
Manichee, & du Manicheisme.* Tom.
1. Liv. 3. Chap. 7. ut & *Viri Do-
cti*, qui probatum dedere, Secun-
dam Personam Divinam non esse
Filium Adoptivum, quos infra
commemorabo ad Cap. 21. Con-

tione *Filium Dei* dici: nunquam tamen facient, ut quis propter ea dicatur *Proprius*, & *Unigenitus Dei Filius*, & Deus *Proprius* illius *Personae Pater*.

70. Quod enim ad *Resuscitationem Christi ex Mortuis* attinet; in ea non latere veram, & summam rationem hujus denominationis: ex eo quam clarissime liquet, quod jam ante suam *ex Mortuis Resuscitationem*, per totum tempus Ministerii sui in his terris *Filius Dei*, & quidem in summa emphasi, appellatus fuerit, *Matth. xvi. 16.*

71. Quod autem per virtutem, & potentiam Dei, ex Virgine suscitatus sit Christus: non facit illum *Filium Dei excellentiorem Angelis* a Deo cum ejus imagine productis, & ipso

Contentiones, ad hoc argumentum speantes, sunt variae.

I. JOANN. DRUSIUS Thesin, his verbis proposuit, de summa *Sapientia*. *Verbum* creo aliquando idem significat, quod procreo, vel gigno. *Hoc sensu* Christus dei paret *Creatus*, hoc est *Genitus*. Sane *Prov. 8. in Graeca editione* legimus, ab initio viae suae creavit me: & in Siracide, qui vulgo *Jesus Sirach* dici-

tur, *Sapientia legitur Creata*. Illum ob haec verba apud Amstelodamenses, atque Leovardienses Verbi Divini Praecones Arianismi insimulavit SIBRAND. LUBBERTUS. Contra hujus criminationes se defendit DRUSIUS in *Epistola ad Fratres Belgas*, quae legitur in *Praefantium*, ac *Eruditorum Virorum Epistolis Ecclesiasticis*, ac *Theologicis*, atque ordine est 253. pag. 415. seq. Insuper discipulus ejus SIXTIN. AMAMA cum ab

DE MYSTERIO S. S. TRINITATIS. 245

ipso quoque *Adamo*, qui ob hanc rationem
Filius Dei nuncupantur, *Job.* xxxviii. 7. *Luc.*
111. 38.

72. Praeter quae, veritatis, & doctrinae Scripturariae studiosus, haec duo observare poterit certissima Spiritus Sancti dictata. *a.* propriam, & excellentissimam rationem, cur Christus Mediator, *Filius Dei* dicatur, quaerendam esse, non in tota Persona Mediatoris, ex natura humana, acque ac divina constante, sed in natura Christi Jesu excellentiore, hoc est, *Divina*, ad quam hoc nomen *Filius* & *Unigeniti* *Filius Dei* evidenter restringitur *Job.* 1. 14. *Rom.* 1. 4. *Col.* 1. 15. *b.* Cum notio *Filius* involvat conceptum generationis: Scripturam S. exerte mentionem facere generationis illius

H h 3

Per-

ab hac macula purgare adnisus est, in Commentatiuncula ad celebrem illum locum Proverb. Cap. 8. v. 22. in que illud quoque ostenditur JOANN. DRUSIUM p. m. Arianac Impietati non Favisse ad JOANN. HACHTINGIUM. quae extat in ejus Anti-Barbaro Biblico. pag. m. 570. seq. Confer hac de lice EMON. LUC. VRIE-MOETIUM in Athenis Friesiacis in Elogio JOANN. DRUSII. pag. 54. seq.

II. Quaestio agitata est. An Pater semper generet Filium? Affirmavit JACOB. TIRINUS in Indice Controversiarum Fidei ex S. Scriptis. At inficias ivit SAM. MARESIUS in Anti-Tirino. Tom. I. Controvers. 3. pag. 88. seq. Cum postea GIBERT. VOETIUS in Syllabo Problematum quoque adserisset, Patrem semper Generare Filium, MARESIUS illum perstrinxit in Fasciculo Paradoxorum § 32. qui prostat in ejus Ed.

246 CAPUT QUARTIUM

Personae, quam *Filiam Dei* vocat: quae non tantum Nativitatem ejus ex Virgine, sed & omnia saecula praecessit *Prov.* VIII. 22. *Mich.* v. i. quae loca respiciens Joannes Unigenitum Dei *Filium* vocat, quem prius *totus* *Sapien-*
tiam, aut *Sermonem Dei*.

73. Quae eadem arguunt, & validissime evincunt, non posse Christum *Filium Dei* dici, ob *manifestationem Divinitatis Secundae* *τρισάρχων* in *humana aliqua Natura*, quia jam fuit *Filius Dei* secundum *Doctrinam Scripturae*, antequam inter homines manifestatus est, aut officium *Mediatorium* inter eos administravit.

74. Ipsa quoque *Manifestatio Divinae Naturae* alicujus *τρισάρχων* in *humana* facere non
non

Fasciculo Myrrae. pag. 149. seq.
VOETIUS illi respondit in *Selectis Quibusdam Problematis*. Par. 6 § 29. *Selectar. Disputation.* pag. 632. seq. Iospice adhuc, cui volupet eit, quae hac de controversia scripti STEPHAN. CURCELLEUS in *Dissert. de Vocibus Trinitatis, Personae &c.* § 67. inserta ejus *Quaternioni Dissertation.* *Theologicar. Dissert.* 1. Oper. pag. 848. seq. Ut & quae illi opposuit MARESIUS in *Refutatione*,

& *Defensione Dissert. Theolog. de Vocibus Trinitatis, Essentiae &c.* Sect. 10. § 170. seq. quae legitur in *Defensione Fidei Catholicae, & Orthodoxae.* pag. 194. seq.

III. SAM. MARESIUS verba in *Systmate Theologiae.* Loc. 3. § 28. Quid difficultatis, ita sonant, vel periculi statuere Deum Patrem seipsum intelligendo Filium suum gignere, & sui ipsius imaginem excitare in Seipso, prout mens nostra seipsam intelligendo. dum

non potest, ut ejusmodi Persona *Filius Dei*, (necum *Proprius*, & *Unigenitus*, & *Primogenitus Filius Dei*) appelletur; quia Notio *Filiī* nihil commune habet cum Notione *Manifestationis Divinae Naturae in humana*: adeo ut *Divina aliqua τποστοις*, quae ante illam *Φανέρωσιν* *Filius Dei* non fuit, per & propter illam *Manifestationem* *Filius Dei* non fiat, nec proinde appellari queat.

75. Sed cum Christus, ante suam *Φανέρωσιν* inter homines, jam esset *verus*, & *proprius Dei Filius*: voluit Deus, ut *qua talis*, cum demonstratione gloriae, in tempore manifestaretur. Quae declaratio, & illustratio hujus gloriae Christi variis facta est temporum articulis, quo jam referenda sunt loca *Ps. 11. 7. Act. XIII. 33. Matth. 111. 17. XVII. 5.*

76. Quod

dum super seipsa reflectit, sui ideam, & imaginem excitat in Seipsa? Quod si in intellectum divinum potest refundi *Filiī*, & τς λόγς, Generatio, prout sit ab omnibus, qui volunt hoc nomen λόγς Sociniano more explicare, quidni in voluntatem Dei refundatur origo, & Processio Spiritus Sancti, non ut illius actus liber, vel indifferens, sed ut necessa-

rius, & naturalis? Certe ne minima quidem hic restaret obscuritas, si quam certo Filio tribuitur nomen Imaginis, etiam Amoris nomen Spiritui S. tribueretur, quod tamen volunt vulgo colligere ex i Job. 4. v. 8. Hanc pericopam, ut caeteros omittam, atro carbone notavit FRIDERIC. ADOLPH. LAMPE in *Dissert. de Spiritu Sancto. Cap. 7.*

76 Quod autem Notiones Filii Dei, & Christi, in Scriptis N. T. saepius alternentur; non magis evincit, significationem Nominis Filii Dei, ex tota Persona Mediatoris, petendam esse, quam rationem Nominis Filii hominis, in quo idem observamus. Christus est Filius Dei cum respectu ad Divinam, ut Filius hominis ~~ex~~ ad Humanam Naturam.

77. Quando jam altius assurgimus, & non Natales tantum Christi ex Virgine, sed & ipsos Mundi Natales cogitatione nostra praevertimus: ubi vera quaerenda est hujus Nominis ratio: invenimus Secundam Personam a Prima ordinatam esse, & sanctificatam, & Unctam ad Munus Mediatorium ex singulari amore Patris. Sed Scriptura nos clarissime docet, Ordinatio-

§ 24. inserta Syntagmati ejus Dissertation. Philologic.-Theologic. Vol. 2.
pag. 238. seq.

IV. HERMANN. ALEXAND. ROELLIUS in Thesibus de Generatione Filii, & Morte Fidelium Indubitate apud Reformatos Veritatis, statuit Vocibus Filii, & Generationis significari empbaſ, quod Secunda Persona habeat eandem cum Prima Essentiam, Illique ab aeterno Coexistenter. Huic sententiae se opposuit AUCTOR in

Thesibus, A quibus in Ecclesia Reformatia absque Scandalo non licet Recedere, ejus Disputationi adnexis. 1- Filium Secundam Personam S. S. Trinitatis ab aeterno a Patre esse Genitum. 2. Hanc esse Primam, & Praecipuam Rationem, quod Secunda illa Persona S. S. Trinitatis dicatur Filius. Contra has Theses ROELLIUS edidit Theses de Generatione &c. AUCTOR postea in lucem evulgavit Disputation. Theologic. in qua

The-

DE MYSTERIO S. S. TRINITATIS. 249

nem illam Secundae Personae ad Munus Mediato-
rium non esse rationem, cur Christus Filius Dei
dicatur; sed illum, cum ordinaretur, jam fuisse
Filium Dei, & Patrem illum ob hanc ratio-
nem ordinasse, quod illum, ut Filium suum,
amaret, ejusque, ut Filii Unigeniti, gloriam
quaereret, Joh. 111. 16. VIII. 50. Rom. VIII.
32. Heb. v. 8.

I i

78. Or-

Theses de Generatione Filii ex Patre, &
Morte Fidelium Temporali examinan-
tur. Respondit ROELLIUS in Differt.
Theolog. de Generatione Filii, & Morte
Fidelium Temporali, quas suas de iis The-
ses plenius explicat, & contra AUCTO-
RIS Objectiones Defendit. Huic Dis-
sertationi AUCTOR repositus Epilo-
gum Disputationis non ita pridem a se
habita, de Generatione Filii, & Morte
Fidelium Temporali, contra Differta-
tionem illi novissime Oppositam. Caus-
sam suam iterum egit ROELLIUS in
Differt. Theolog. Altera de Generatio-
ne Filii, & Morte Fidelium Tempo-
rali, Opposita Epilogus Auctoris. Cum
anno sequente adhuc Belgice edi-
diffset Kort, en Eenvoudig Verbaal
van het Verschil over de Geboorte des
Soons, en de Tydelyke Doodt der Gelovi-
gen. AUCTOR quoque adversushoc O-
pusculum lingua vernacula luci ex-
posuit Korte Verklaringe van het Gelove-
der Algemeene Kerke aangaande de Ge-
boorte des Soons, en de Tydelyke Doodt
der Gelovigen. Praeterea de hac con-

tentione consuli queunt PROFESSO-
RES LEIDENSES in Ecclesiastico Fudi-
cio, quo Opiniones quaedam Synodice
Damnatae sunt, Laudato. Confer ad-
huc quae hac de lite tradi-
derunt EMO LUC. VRIEMOET l.c. in
Elogio HERMANN ALEXANDR. ROEL-
LI. pag. 662. seq. HENRIC. LUDOLFF.
BENTHEM in Hollandischen Kirch- und
Schulen-staat, 2 Theil. 2 Capit. 45.
§ enz. JOANN. VAN DER WAHEYEN
in het Kort Berigt nopens het Voor-
gevallene in de Saake van Verschil
tusschen de Heeren VITRINGA, en
ROELL. Non tantum AUCTOR, sed
& alii Viri Docti superiore, & no-
stro saeculo sententiam ROELLII ad-
gressi sunt: ut, praeter nonnullos
e mox memoratis, DAV. HUGUE-
NINUS in Libro, cui titulus Chri-
stianus Ratiocinans. JOANN. WOLF-
GANG. JAEGERUS in Systemate Theo-
logico. Lib. I. pag. 118. seq. ZA-
CHAR. GRAPIUS in Systemate Novif-
simarum Controversiarum. Tom. I.
Cap. 2. Quaest. 18. CHRISTIAN.
EBERH.

78. *Ordinatio etiam ad Munus Mediatorium parum, & vix quicquam, commune habet cum notionibus, quae nobis ultro suggeruntur per nomina Patris, & Filii. Et multo adhuc minus ex ea peti potest ratio, cur Christus proprius Patris sui Filius, & Pater proprius Christi Pater dicatur.*

76. Ex

EBERH. WEISMANNUS Schediasma-
tum Academicorum pag. 37. seq. AN-
TON. DRIESSEN in het Ontwerp over
het aangenomen gevoelen der Kerke,
en dat van den Heer Professor
ROELL, betreffende de eeuwige Geboorte
des Soons uit den Vader, opgesteld
op het verzoek der Christelyke Synode
van Stad, en Lande. Contra defen-
sionem ROELLII, adversus PROFESSO-
RES LEIDENSES in se suscepit ANO-
NYMUS in Scripto, cuius titulus est
de Facultatis Theologiae Leidensis
Syllogismo falso, in Approbatione Ju-
dicii Synodi Goridae 1723. habitae de
Roellismo damnando, & radicitus
evellendo, *Dissertatio Theologi Saxonici*.
Praeterea cum JACOB. FRUYTIER
post mortem ROELLII in Libro
Belgice edito, & inscripto, *Ver-*
volg van Aanmerkingen aangaande
de Soone Gods, en God de H. Geeft.
bladz. 76. haec inseruisse verba.
De Heer ROELL van den Zaligen
Heer PONTANUS in zyn leven Hoog-
Leeraar in de Godsgeleertheit te Ut-
recht, gevraagt zynde, waarom by

voor het Drie-Godendom niet uitquam,
daar het uit syn Stellingen vloeyde.
Antwoorde. Ik vrees den baat der
Theologanten. De Heer PONTANUS
beeft my dit in syn leven mondelyk
verhaalt als een waaraagtige historie.
Myn Eerwaarde Collegen de Heer
WILHELMUS en TERBRUGGE getuigen
ook dit selfde uit de mont van
den Heer PONTANUS geboort te beb-
ben. Adversus hanc criminacionem,
Patris famam tuitus est ejus Filius
DIONYS. ALEXAND. ROELL in Prae-
fatione, quam illius Par. 2. Com-
mentar. in Epistolam S. Pauli ad
Ephesios praefixit.

V. FRIDERIC. ADOLPH. LAMPIUM in
Commentario Analytico-Exegetico Eu-
angelii secundum Joannem nonnulla
loca, quae in illo Euangelioc
occurunt, atque valida praebent
argumenta, ad demonstrandam Ge-
nerationem Filii a Patre, & Pro-
cessione Spiritus Sancti a Patre,
Filioque, eneruisse, atque illa
Oeconomiae Divinae adplicasse;
rec non illum ROELLII senten-
tiam

DE MYSTERIO S. S. TRINITATIS. 251

76. Ex quibus tandem colligimus, Notiones Patris, & Filii, secundum lucem Scripturae, exponendas esse de Relatione non Oeconomico, sed Naturali, quae intercedit inter Primam, & Secundam Divinitatis Personam, qualis est ea producentis perfectissimo modo, & productio: (quam productionem perfectissimam Scriptura generationem vocat) ut adeo Secunda Persona sit

1 i 2

tiam fuisse contenderunt JACOB. FRUYTIER in Libris vernaculo idiomate exaratis, & inscriptis, De Oude, & Beproefde Leere van God den H. Geest: Aanmerkingen tot Bevesting van de Oude, Gesonde, en Godlyke Leere: Vervolg van Aanmerkingen, aangaande de Soone Gods, en God de H. Geest. NICOL. HOLTIUS in Dissert. de Fonte Vitae, sive Filiatione Christi Naturali Tradita in loco Job. 6. v. 57. nec non in Dissert. de Unctione propria, & Metonymica, quae legiuntur in ejus Libro, inscripto, Apophoreta Sacra. ANTON. DRIESSEN in Vindiciis Locomorum in Euangelio secundum Jobanem Filii Dei Naturalem ex Patre Nativitatem, & Spiritus S. Naturalem a Patre, Filioque Processionem directe Docentium: item in bet Nodig Voorberigt over het ware Gevoelen van den Heer LAMPE, betreffende de Eeuwige Geboorte des Soons Gods, en den Uitgang van den H. Geest: porro in bet Antwoord op den ge-

drukten Brief van den Heer Prof. ODE ter Verdadiging van den Heer LAMPE, gestelt voor zyn Verklaring van het Hoogliedt: ut & in Responfione ad Novissimas Animadversioaes CL. ODE in Praefatione Hypothesum Arminianizantium CL. VENEMA Detectiarum, & Refutaturum: denique in de Wederlegginge der Aanmerkingen van den Heer ODE, met eene Narede aan den Godvrugtigen Liefbeberen van den Heer LAMPE. Adversus priorem FRUYTIERII Librum LAMPIUS caustam suam egit in Opusculo Belgice quoque edito, sub titulo, Redenen, waarom op een Faam-Roovend Geschrift van eenen Onverstandigen Rotterdamser Yveraar, niet breedvoerig geantwoord word. Post illius obitum Praeceptoris sui, patrocinium contra ejus Adversarios in se suscepit JACOB. ODE in Epistola ad ANTON. DRIESSEN: atque in Animadversionibus adversus eum in lucem emissis.

VI. BERNARD. SEBAST. CREMERI sen.

fit *Naturalis Processio*, & *Filius*, (non ~~utrius~~ *creatura*) sui Patris, secundum summam hujus appellationis vim, & Nominis hujus excellentiam. Est enim *Filius* vera, propria, & perfectissima Dei Patris imago.

80. Tota quoque Scriptura hanc sententiam confirmat, quippe quae, licet in Filio agnoscat summae Divinitatis perfectionem, docet tamen

sententiam suam, circa denominations Filii Dei, & Primogeniti, his verbis delineat. *Sacra Scriptura*, inquit, triplici ratione Christum considerat, & qua Deum, & qua Mediatorem, & triplici ratione esse Dei Filium, tradit. Quia Deus, est Filius Dei propter generationem naturalem. Quia bono, quia miraculose genitus, & imagine Dei, ut secundus Adamus, in maxima excellentia ornatus, & cum Persona τελόγις unitus fuit, & binc Sanctius, & Filius Dei vocandus. *Luc.* 1. 35. Quia Mediator, quia obedientia, & Charitate Filiali erga Deum Patrem, & Fraterna dilectione erga Electos, impetraturus erat, ut ipse fiat baeres omnium, & Electi baeredes Dei, sui autem cobaeredes. Hinc Deus, quos praecongnovit, praedestinavit, ut sint conformes Imagini Filii Dei, ut Primogenitus sit inter multos fratres. *Rom.* 8:29. Jam autem vi naturalis Generationis non habet Fratres. Ergo

debet esse Generatio praeter Naturalem, quae procul dubio libera est, & Oeconomico, vi cuius factus est Primogenitus inter multos fratres, & illi fratres gerunt imaginem Filii Dei. Jam Promogenitum esse inter multos Fratres & Mediatorem esse, verbis differunt, re idem sunt, & sic merito Christus, ut Mediator, etiam Filius Dei dicitur. Hanc suam sententiam variis in Scriptis copiose exposuit, atque defendere adnus est: ut in Decade Exercitationum Theologicarum de Summa Sapientia ex Proverbior. 8: 22-36. in Exercitationum Theologicarum Decade, de Prologo Euangelii Iohannis ad Iohann. 1: 1-18. in Exercitationum Theologicarum Decade de Filii Dei Unigeniti, & Primogeniti supra Angelos Excellentia in Cap. 1. Epistol. ad Hebreos: in Exercitationum Theologicarum Decade de Primogenito Dei Filio: in Mantis de Locis S. Scripturae, quae in Cl. Virti Ioh. WESSELI Libro, quem vocat, Ne-
ste

tamen non minus clare, Patrem, inter Personas Divinas non tantum Oeconomice, sed & per, Naturam Primum esse, & Filium, ac Spiritum Sanctum illi, in existendo, & operando, certa quadam ratione subordinari, Job. v. 29. 30. Ephes. III. 14. Heb. III. 6. I Cor. III. 23. Cor. xv. 28. Rom. viii. 32. Gal. iv. 6. Ephes. IV. 6.

I i 3

81. Ut

istorianismus, & Adoptianismus Confutatus, occurrunt: in Vindiciis D. A. DRIESSENII Illustratis &c. in Fine Praefationis, quae praemissa est Tom. 2. ejus Antiquitatum Mozaico-Typicarum: in bet Naschrift, en Aanmerkingen tegens den Heer A. DRIESSEN met eenige Aanmerkingen tegen deszelfs Naschrift, gevoegt agter de Seekerheyt en Weerdigheyt van de Sin-en-Voorbeeldiche Godeleertheit bladz. 274. enz. Contra JOANN. WESSELIUS voluit, Christum Tantum Secundum Naturam Divinam vocari, & esse Filium Dei: nec non nullam aliam ob caussam, quam ob praeminentiam Domini in N. T. titulo Primogeniti ornari. Opera hoc de argumento ab illo edita sunt sequentia. Dissertation de Christo, Filio Dei Tantum Secundum Naturam Divinam ad Roman. 1. v. 3. 4. quae legitur in ejus Dissertationibus Sacris Leidensibus. Dissert. 12. Nestorianismus & Adoptianismus Redevivus Confutatus, atque Praefatio huic

Libro praefixa: insuper Praefatio in limine ejus Dissertationum Academicarum: Dissertationes tres ad Hebr. Cap. 1. v. 6. ibid. Dissert. 16, 17, 18: denique Dissert. 19. continens Censuram in Exercitationes D. B. S. C. de Primogenito Dei Filio Angelis Excellentiore, una cum modesta Calumniarum Depulsione. Alter CREMERI, oppugnator, ANTON. DRIESSEN existimat, Unam tantum dari Generationem, eamque Naturalem, per quam, & Unigenitus, & Primogenitus sit: ut & distingui debere tō esse Primogenitum, & tō Primogenitum inter multos fratres Rom. 8. Per Oeconomiam non est Primogenitus, sed Primogenitus inter multos fratres. Ad hanc suam sententiam adstruendam, & vindicandam luci exposuit, Vindicias Locorum Filii Dei Generationem Divinam, Unam modo eamque Naturalem, per quam est Unigenitus, & Primogenitus, Nullam Oeconomiam, per quam sit Primogenitus, Adserendum.

81. Ut adeo constet, non posse Scripturam, nisi coacte, & violenter, explicari multis locis secundum illam hypothesin, quae in Deo tria statuit *ayevnta*: praeterquam quod clarissima ratio huic hypothesi aduersetur, quae *unum* requirit *simplicissimum principium*, ex quo *sunt omnia*, quod S. Scriptura Patrem vocat, 1 Cor. VIII. 6.

82. In

tium. Stricuras quasdam in Generacionem Oeconomicam, additas Dissert. de Vindicis Justitiae Divinae, & Satisfactionis Iesu Christi Necesitate, non Hypothetica; sed Absoluta, Opposita 3 Disput. Viri CL. B. S. CREMERI de Dei Justitiae, & Misericordiae Exercitio nunc impossibili, olim possibili: een Nodig Voorberigt voor zyn Verklaring over het Hooglieds: het Antwoord op de Vindiciae Illus tractae van den Heer Prof. CREMER, in welke by den Heer LAMPE, en zigzelven verdedigt: ultimo loco het Naschrift tegen den Voorreden voor den 2 Tom. Antiquitates Mosaico-Typicae.

VII. Remonstrantes in Confessione Cap. 3. scribunt *Est enim Solus Pater originis omnis expers, seu prorsus unigenitus, & a nullo alio procedens: sed qui Deitatem tam suam, tum Filio Unigenito, non quidem per creationem (cujus respectu angelii dicuntur filii Dei) neque per solam divinae potestatis, ac*

gloriae supremae, qua Mediator est, gratiam communicationem; sed etiam per veram, attamen arcanam & ineffabilem generationem ab aeterno communitarum. Hunc duplitem modum, quo Pater Filio Deitatem communicasset, oppugnarunt, & refellerunt praeter quasdam e modo adductis, & adducendis, PROFESSORES LEIDENSES iō Censura in Confessionem Remonstrantium. Cap. 3. pag. 51. seq. JACOB. TRICLANDIUS in Antapologia. Cap. 5. pag. 80. seq. SAM. RHETORFORT in Examine Arminianismi. Cap. 2. Titul. 3. pag. 156. seq.

VIII. Varias, diversasque Fanaticorum opiniones, ut PETR. POIRETI, Generationem Filii Dei factam esse per Modum Ideae: & HERMANN. DEUSINCI Generationem Filii Dei nihil aliud esse, quam Judicium de se ipso; ut & Generationem hanc Filii Dei bis esse factam, semel typice, cum crearetur mundus, & altera-

DE MYSTERIO S. S. TRINITATIS. 255

82. In qua proinde Doctrina omnes Christianorum Confessiones, licet in aliis saepe diversissima tradant, inter se consentiunt.

83. De *Spiritu Sancto* autem licet non diffiteamur multa Oeconomice dici, & intelligenda esse: persuassimum tamen habemus, *similis* mysterium *relationis naturalis*, qualem in Nomine Filii notavimus, latere in Nomine *Spiritus Sancti*, eoque proxime indicari.

84. *Spiritus enim Nomen*, quod *tertiae* *tribuitur* (q), hic plane peculiari sensu & significatione sumitur, notatque *Rem ex alia*

vice in resurrectione e mortuis. His obviam iverunt, atque eos profilarunt JOANN. WOLFGANG JAEGERUS in *Examine Theologiae Novae Controversi*. 7. pag. 100. seq. JOANN. CASPAR. LOESCHERUS in *Parergis Sacris. Exercit.* 3. ZACHAR. GRAPIUS l. c. *Quæst.* 19 Elen&ici, qui doctrinam Fanaticorum, Mysticorumque refutarunt, suo loco commemorandi.

(q) Varios usus vocum סְרִבָּה, Spiritus Sanctus inlustrandi SALOM GLASSIUS in *Pbilologia Sacra*. Lib. 3. Tract. 2. Caron. 3. JOANN SELDENUS de *Synedriis Veterum Ebraeorum* Lib. 2. Cap. 4. § 2. seq. JOANN. VORSTIU de *Hebraicis Nov. Test. Par. 2, Cap. 22*. Jo

ANN. CASPAR. SUICERUS in *Thesaurus Ecclesiastico* in v. πνεύμα. FRIDERIC ADOLPH. LAMPE in *Disputat. Theolog. de Spiritu Sancto. Cap. 1.* quæ inserta est *Syntagma Differation. Philolog.-Theolog. Vol. 2. Disput. 3.* CAMPEG. VITRINGA F. in *Dissert. de Usu Notionis Spiritus Sancti Restricto ad Secundam Hypostasin S. S. Triados*, quæ prostat ad calcem Opusculorum ab HERMANN. VENEMA evulgatorum: nec non hic in ejus Dissertationibus Sacris. Lib. 1. Cap. 6. § 9. JACOB. ODE in *Commentario de Angelis. Sect. 1. Cap. 2.* EMO. LUC. VRIEMOET in *Adnotacionibus ad Dicta Classica Vet. Test. Tom. 1. Cap. 2. pag. 88. ad 2 Sam. 23. v. & 2. Cap. 4. pag. 174. seq. ad Psalm. 33.* v.

lia per modum naturalis progressus procedentem, cuius symbolum est in *halitu*, quem naturaliter efflamus, aut expiramus.

85. Unde SPIRITUS ORIS DEI Gen. 1. 2.
Ps. xxxiii. 6. & HALITUS Omnipotentis Job
xxxiii. 4. & ex Patre procedere dicitur, Job.
xv. 26 (r).

86. Quae symbolicae loquutiones, in hoc rerum genere efficacissimae, nos ducunt ad cogitandum de *oxētēi* naturali, quae inter ipsum, & Deum intercedit, secundum quam est *ex Deo*: quod cum *Filio* commune habet.

87. Nulla tamen ratio est negandi, *Sandi ēπιδετον*, quod ipsi tribuitur, referendum esse ad Oeconomiam Gratiae, in qua Divinum consilium in *electis sanctificandis*, eorumque *sanctificatione consummanda*, exequitur.

88. Ut

v. 6. & pag. 195. seq. ad Genes. 1. v. 2. CHRISTIAN. FRIDERIC. BOERNERUS in Dissertationibus Sacris Dissert. 17. seq. JOANN. WESSELIUS, ut hoc verbo addam, existimat. *Nomen Spiritus Sancti*, quod datur Tertiae Personae, ubi *Mysterium Trinitatis*, ut objectum fidei necessarium, proponitur Matt. 28. 19. I. Job. 5. 7. &c. non dari ipso ab *Sanctificationis nostrae beneficium*, & Oe-

conomicice adscriptum, sed ad indicandam ejus naturalem, & personalem proprietatem, qua a Patre & Filio in modo babendi *Essentiam divinam*, distinguitur, ut ejus sonant verba in Praefatione, ejus Nestorianismo & Adop-tianismo Redivivo Confutato praefixa.

(r) De Processione Spiritus Sancti vehemens Sacculo 9 tempore Photii Patriarchae Constantinoplitani inter Graecos, & La-

DE MYSTERIO S. S. TRINITATIS. 257

88. Ut vero haec naturales *Relationes Personarum Divinarum* in subsistendo, & operando veram supponunt, & inferunt distinctionem Personarum Divinarum a se invicem: sic eadem valde faciunt ad veram Unitatem trium illarum Personarum stabiendam, & explicandam, quae, quantum nos sapimus, alio modo commode, & decenter teneri, & explicari nequit.

89. De qua unitate trium illarum Personarum, tanquam perfectissima, Verbum Dei clarissime loquitur, Job. x. 38. Job. xvii. 11. Ephes. iv. 6.

90. Argumenta, quae contra hanc doctrinam totam, aut illius partes aliquas proferuntur ex ratione, facile solvuntur ex illa ipsa ratione, saniore putem, & sanctiore, quae haec duo clare, & liquido percipit. 1. Deum nihil de se revelare falsi. Percipit autem quam clarissime, hunc, & nullum aliud, subesse sensum illis S. Scripturae dictis, quae ad adstruendum

K k

hoc

Latinos orta est contentio, quae adhuc durat: An Spiritus Sanctus tantum procedat ex Patre, an quoque ex Filio. Prius nega-

runt Graeci: adfirmarunt vero Latini. Historiam hujus litis dederunt, ac opinionem Graecorum enervarunt PETR. PITHAEUS in *Historia Con-*

hoc mysterium adduci solent. 2. Deum de se aliquid posse revelare, quod verissimum sit; cuius modus ab homine ignoretur, aut non percipiatur, modo partes illius Revelationis sibi mutuo constent, & neque se invicem, neque etiam clara, ac indubitata sanæ rationis, & sensus communis axiomata evertant: quorum neutrum hic fieri censemus.

91. Quae vero proferuntur ex Scriptura, prout adhibita una vera Deitate Patris; (ut v. gr. Joh. xvii. 1. Verbi 3. Cor. viii. 6. Ephes. iv. 6.) vel etiam quibus disertius Deitas tam Filii; (ut Marc. XIII. 32. 1 Tim. II. 5. Joh. XIV. 28. XX. 17.) quam Spiritus Sancti (ut Joh. VII. 39. XVI. 13. 14. Matt. XI. 27.) oppugnatur, commode expediuntur, si observetur: 1 Patrem vocari unum solum Deum, opposite, non ad Filium, & Spiritum Sanctum: sed ad אלהים אחרים Deos alienos. 2. Aliquando etiam unum Deum, & Deum, opposite ad θεός λεγομένους, & relate ad oeconomiam Subsistiae, & Operationis suae ad extra. 3. Quae-

Controversiae Veteris de Procesione
Spiritus Sancti. subjuncta ejus Codi-
ci Canorum Veteris Ecclesiae Ro-
manae. pag. 355. seq. GERARD. Jo-

ANN. VOSSIUS in Dissert. 3. de
Tribus Symbolis. Oper. Tom. 6. pag.
523. seq. DIONYS. PETAVIUS Theo-
logicorum Dogmatum. Tom. 2. Lib. 7.
LEO

TUM

DE MYSTERIO S. S. TRINITATIS. 259

Quaedam in Scripturis de Christo praedicari, qua homo est. 4. Quae spiritui sancto nunc in populus tribuuntur, sive subsistendi, sive operandi ad extra, non obesse verae ejus Deitati, quin contra, illam confirmare, & illustrare.

92. Imo cum Adversarii fidei nostrae rara adeo, & pauca in Scripturis loca inveniant, quorum species externa ipsis adblanditur (etsi adhibita *συγκριτική πενηνταλην* facile sanum, & caeteris Verbi Divini partibus conformem admittant sensum) & cum tamen ipsorum sententiae passim per universam Scripturam, & veritatum, illa contentarum, claram connexionem refellantur, sic ut necesse habeant verum, & evidentem sensum innumerorum insignium S. Scripturae dictorum pervertere, & hypothesi suae, quacunque tandem ingenii fictione, violenter applicare, acsi propositum esset τῷ πνεύματι τῷ οὐρανῷ αὐτοῖς τοῖς αἰνθέσας.

Kk 2

93. Nec

LEO ALLATIUS de Ecclesiae Occidentalis Perpetua Confessione. Lib. 2. Cap. 2. item in Enciridio de Processione Spiritus Sancti: nec non in Vindictis Synodi Ephesinae, & S. Cyrilli de Processione Spiritus San-

cti ex Patre, & Filio. NATALIS ALEXANDER in Dissert. 4, & 18. in Historiam Ecclesiasticam Saecul. 9. & 10. MICH. LE QUIEN in Dissert. de Processione Spiritus Sancti. Dissertationum Damasceni Operibus prae-

93. Nec destruit etiam ratio, quae hic praetextitur, *relationes*, quas inter Personas Divinas intercedere docemus; contra eadem Divinarum Personarum *Unitatem* ejusmodi relationes necessario supponere, & inferre, demonstrat.

94. Non pugnat enim, *Filium esse verum Deum*, & tamen *esse ex Patre*: modo secundum Scripturam teneamus, *Filium*, & *Spiritum Sanctum esse productiones Patris Naturales, & Necessarias*: quod symbolicis nominibus *Filius*, & *Spiritus Sancti* nobis voluit declarare.

95. Cum enim *Filius κατὰ φύσιν per aeternam volitionem Dei Patris*, & non *κατὰ βέλησιν*, sive *arbitrariam appetitum ut nos*, (*Fac. I. 18.*) sit ex Patre: clarissime percipimus, omnem perfectionem, quae est in Patre, esse quoque per naturam in Filio.

96. Et *independentiam quoque, quatenus est perfectio totius Naturae Dei*, cum respectu ad

praemissarum Differt. i. COELESTIN. MISLENTA in Program. de Spiritus Sancti Proceſſione, inserto Facci 5. Exercitation. Philologic-Historic. THOM. CRENII pag. 380. seq. BENEDICT. PICTETUS in Brevi Cellatione

Sententiarum Graecorum Recentiorum cum Graecorum Veterum Placitis. Cap. 20. JOANN. FRANCISC. BUDDEUS in Ecclesia Romana cum Rutbenica Irreconciliabili. § 21. seq. Miscellaneorum Sacrorum. Par. 2. pag.

DE MYSTERIO S. S. TRINITATIS. 261

res, causasque rerum extra Deum, a quibus *Filius*, & *Spiritus Sanctus* non magis dependent, quam *Pater*: quam *independentiam* non subvertit illa *Filii a Patre dependentia*, quae *intra ipsam Dei essentiam* consistit, & quae vere nullam involvit *imperfectionem*, sed aliud solummodo notat subsistendi, atque operandi modum, & ordinem in *Filio*, a modo, & ordine subsistendi, & operandi Patris distinctum.

97. Absque omni pariter ratione Adversarii huic doctrinae invidiam conflant ex ipsa notione *generationis*, quam contendunt multas involvere imperfectiones. Etiamsi enim non negemus, *generationem*, ut in rebus materialibus obtinet, cum varia imperfectione esse conjunctam: male tamen id transfertur ad nudam, & simplicem generationis ideam, quae est *productio rei cum imagine producentis*: quem hic agnoscamus perfectissimam, ab omni imperfectione sejunctam.

K k 3

68. Si

pag. 200. seq. CHRISTOPH. MATTH. viijmarum Controversiarum. Tom.
PFAFFIUS in *Tbesibus de Processione Spiritus Sancti a Patre, & Filio.* I. Cap. 2. Quaest. 22. GUSTAV.
GEORG. ZELTNERUS in *Breviario Controversiarum cum Ecclesia Graeca,*
ZACHAR. GRAPIUS in *Systemate No-* ca,

98. Si jam amplius quaeras, quid sit *per naturam ex Deo esse*: jubeo te gradum si-
stere, ne pecces in reverentiam, quam Di-
vinæ Majestati debes. Si enim credas, Pa-
trem per naturam suam esse *αὐτέννυτον*, & *a se*:
etiamsi id perfecte non assequaris: quid
haesitas credere *Filiū* esse *ex Patre*, eti-
amsi aeternae illius Dei volitionis, hu-
jusque divinae perfectionis, ratio tibi per-
fecte non pateat? Adeone mirandum est,
esse quid in Deo, quod nos plene, & perfe-
cte, secundum omnem suum modum, non com-
prehendimus? Sufficit plane, ut nos hic libe-
remus ab *αντιλογίᾳ*.

99. Caeterum Doctrina hujus mysterii cum
adeo sit diffusa per universam Scripturam, &
nulla viarum Dei, absque eo agnito, recte in-
telligi queat: haud est dubium, quin illius in-
dagatio, & aliqualis cognitio sit necessaria ad
fa-

*ca, ac proinde etiam Rutbenica adiuc
Agitatarum. Controvers. 2. pag. 91.
seq. JOANN. GEORG. WALCHIUS in
Historia Controversiae de Proceßione
Spiritus Sancti. Hac de questione
plura scire avens, audeat JOANN.
ALBERT. FABRICIUM in Bibliotheca
Graeca. Tom. 10. Lib. 5. Cap. 43.*

pag. 441. seq.

Praeterea de Proceßione Spir-
itus Sancti ex Patre, & Filio ege-
runt, ac disceperant HERMANN.
ALEXAND. ROELLIUS, FRIDERIC.
ADOLPH. LAMPIUS, eorumque Pa-
tronii, atque Antagonistae in Scri-
ptis, quae antea indicavi.

(s) Co-

salutem (s): sic tamen, ut magnam collocemus differentiam inter obscuriorem illius perceptio-
nem, & pertinacem illius abnegationem, aut oppugnationem; magnam item ponamus differ-
itatem inter oeconomiam Veteris & Novi
Foe-

(s) Cognitionem dogmatis de S. S. Trinitate ad Salutem esse Neces-
sariam adversus Socinianos, Remonstrantes, aliosque (praeter
Auctores nonnullos, qui de hoc articulo fidei differuerunt, & quo-
rum aliquos supra in medium ad-
duxerunt) ostenderunt PROFESSORES
LEIDENSES in *Censura in Confessio-
nenem Remonstrantium.* Cap. 1. pag.
22. seq. & Cap. 3. pag. 56. seq.
JACOB. TRIGLANDIUS in *Antapolo-
gia.* Cap. 5. GIBERT. VOETIUS in
*Disput. de Necessitate, & Utilitate
Dogmatis de S. S. Trinitate. Selectar.
Disputation. Par. 1. pag. 466. seq.*
NICOL. VEDELIUS in *Arcanis Ar-
minianismi. Lib. 1. Cap. 7.* CHRISTOPH FRANCKIUS in *Exercitationi-
bus Anti-Limborchianis. Exercit. 2.*
HERMANN. WITSIUS in *Exercitatio-
nibus Sacris in Symbolum Aposto-
lorum. Exercit. 6. § 8. seq. & §
20. seq.* PIERRE JURIEU dans le Ta-
bleau du Socinianisme. 1 Par. 3.
Lettre seq. Adjunge Opera a Viris
Doctis in lucem emissâ aduersus
GEORG. CALIXTUM, & JOANN.
CONRAD. DIPPELLUM, quae exhibet
JOANN. CHRISTOPH. WALCHI-

us in *Biblioteca Theologica Selecta.*
Tom. 2. Cap. 5. Sect. 17. § 18. &
§ 57. Denique consulendi Aucto-
res de Articulis Fundamentalibus
ad § 11. Capit. 14. nominandi.

Ad hunc locum referri possunt
quaestiones sequentes.

I. An ad conceptum Veri Dei
etiam pertineat Conceptus Tri-
nitatis? Hoc de argomento disputa-
runt LUDOVIC. WOLZOGNIUS de
*Scripturarum Interpretate contra Exer-
citatorem Paradoxum pag. 158.* PETR.
ALLINGA in *Face Diffidii Extincta.*
Cap. 22. & Cap. 38. Illorumque
Adversarii MELCH. LEYDEKKER in
Face Veritatis. Loc. 3. Controvers. 6.
& *Loc. 4. Controvers. 8.* ZACHAR.
GRAPIUS in *Systemate Novissinarum
Controversiarum. Tom. 1. Cap. 2.*
Quaest. 24.

II. An primis parentibus Ada-
mo, & Eva in Statu Integritatis
Mysterium Trinitatis Innotuerit?
Videantur hoc de quaesito HER-
MANN. WITSIUS l. c. § 14. seq. &
de Oeconomia Foederum Dei cum
Hominibus. Lib. 1. Cap. 2. §§ 5. seq.
JOANN. VAN DER WAEYEN, in
Summa Theologiae Christianae. Cap.

Foederis; & universum Christo Domino Iudicium in fratres dissentientes reliquum faciamus, cum caussae dissensionis saepe in occulto lateant. Vide loca *Matt.* xxviii. 18. 19. 20. *Joh.* v. 23. XIV. 1. 9. 10. *I Cor.* XII. 3.

100. Ni-

3. § 416. seq. JOANN. WOLFGANG. JÄGERUS in *Jure Dei Foederali*. Quæst. 9. item in *Systemate Theologico*. Lib. 1. pag. 202. seq. JOANN. CHRISTOPH. STEMLERUS in *Adamo Integro, Primo Trinitatis Praecone, & Cultore*. Insupèr evolve WOLZOGENIUM l. c. & ALLINGAM l. c. Cap. 39. Qui negarunt, dogma Trinitatis Adamo notum fuisse sine antecedente revelatione. Contra inficias ivit LEYDEKKERUS l. c. Loc. 4. *Controversi*. 9. Postremo adeundi Eruditi, qui de Imagine Dei, & Statu Integritatis commentati sunt, infra ad Cap. 6, & 8. memorandi: nec non Scriptores, qui in Historia Ecclesiastica Vet. Test. Adami vitam tradidérunt.

III. An dogma de tribus in una, eademque Essentia Divina, Personis sub Vet. Test. ad Salutem Cognitu fuerit Necessarium? Praeter Auctores modo allegatos, haec de re legendi Theologi, & Philologi, qui probatum dedecrant ex Vet. Test. dogma Trinitatis clare demonstrari posse, quorum aliquos jam supra in me-

dium adduxi.

IV. An Mysterium Trinitatis in Ecclesia Primaeva Gentilibus, & Catechumenis fuerit occultatum, nec ne? Prius contendérunt EMANUEL A SCHELSTRATE in *Sacro Antiocheno Concilio pro Arianorum Conciliabulo* passim babito, nunc vero primum ex omni Antiquitate Autoritati suæ Restituto: ut & in *Dissertatione Apologetica de Disciplina Arcani contra Disputationem E. TENTZELII*. ANTON. PAGE in *Critica Histor. Chronolog.* in *Annales CAESAR. BARONII ad Saeculi 2. An. Cb.* 118. Tom. 1. pag. 120. Posteriorius vero adstruxerunt WILHELM. ERNEST. TENTZELIUS in *Dissert. de Disciplina Arcani Wittembergae* habita: nec non in *Responsione Dissertat. Apologet. E. SCHLESTRATENII Opposita*, quæ protestant in ejus *Exercitationibus Selectis. Par. 2. ZACHAR. GRAPSIUS l. c. Quæst. 5.* De hac disciplina arcani adhuc legi possunt, quæ observarunt, ut Historiae Ecclesiasticae Editores omittam, TOB. PFANNERUS in *Systemate Theologiae Gentilis Purioris. Cap. 1. § 7. seq. CHRISTIAN.*

DE MYSTERIO S. S. TRINITATIS. 265

100. Nihil minus ea confert ad veram praxin pietatis, cum non Christus modo nobis unitatem suam, & Patris in exemplum proposuerit (*Joh. xvii. 21.*) sed Deus etiam, absque hoc mysterio cognito, hoc tempore Ecclesiae recte coli nequeat. *Joh. v. 23.*

L

E R.

STIAAN. MATTH. PFAFFIUS in *Dissert. Posterior. de Praejudiciis Theologis-*, inserta ejus *Primitiis Tubingensi-*
bus. THEODOR. CRUGERUS in Com-
mentat. de Veterum Christianorum
Disciplina Arcani.

(t) Utilitatem dogmatis de S. S. Trinitate ad praxim explanarunt, & demonstrarunt GIBERT. VOETIUS l.
e. pag. 477. seq. JOANN. HOORNBECK

in *Theologia Practica. Tom. I. Lib. 2.*
Cap. 1. pag. 135. seq. HERMANN.
WITSIUS in *Symbolum Apostolorum l.*
c. pag. 89. seq. Inspice quoque Scri-
ptores, qui articulum de Trinitate, in
numerum Dogmatum Fundamenta-
lium, referendum esse manifestum
fecerunt, quorum modo mentio
facta est.

F I N I S.

ERRATA.

In Praefatione Editoris

pag.	lin.	lege
2	innotis 1	ita
5	12	adjunctam
7	penult.	sum
ult.	8	diu

In Prolegomenis.

5	8	Summae Controver- starum.
9	5	veri
	penult	COCCII
10	2	praemissae
33	6	WALAEUS
	14	PICTETUS
	18	GEULINGS
38	2	BAIERI

In Aphorismis.

7	10	Θεολόγου
20	4	ἐναρεσθούσαι
23	ult.	μισθωτοδότης
39	4	עֲשָׂרִים וְאֶלָף
126	7	μισθωτοδότης
156	13	Spiritualem
186	2	יְהוָה
225	13	Sancti
233	13	55
238	5	ταυτολογίας
251	1	79.

In Adnotationibus.

pag.	col.	lin.	lege
8	1	9	Theologo
9	1	4	FABRICIUS &c.
12	2	23	Noſtri

In Adnotationibus.

pag.	col.	lin.	lege
15	2	16	Paralipom.
16	1	28	Controversia
			Atbaeae
19	2	17	nominati
25	2	28	JACOB.
26	1	3	Necessite
	2	20	Addē Scriptores
27	1	5	refutarunt
			religione
28	1	13	vel
30	1	26	Dīſert.
31	1	2	fidei.
			adducendos
32	2	14	Antagonistam Ano.
			nymum
34	2	18	Fungi
39	2	19 S.	nec non Theologia
			Judaica. Exercit.
			3. Cap. 3. IOANN.
			LEUSDENIUS &c.
40	2	24	ד"ה
44	2	4	POMPONIATIUS
45	1	31	fuſſe
46	2	27	Auctorum
48	1	10	Latinitatis
49	2	33 S.	ANONYMUS in
			zyne Reken-
			kundige aan-
			merkingen ge-
			voegt agter
			bet Boek van
			ABRAHAM
			AREN T
			VAN DER
			MEERSCH
			in het Neder-
			dutch &c.

In

E R R A T A.

In Adnotationibus.

<i>pag.</i>	<i>col.</i>	<i>lin.</i>	<i>lege</i>		<i>pag.</i>	<i>col.</i>	<i>lin.</i>	<i>lege</i>
50	2	9	aliquos ex modo adductis		168	1	20	misericordiae
			Karnei		171	2	11	videantur
55	2	5	nequit		176	2	1	Theologisch
61	2	8	recipiendum		178	1	25	se
		29	dans			2	2	Cartesianarum
66	1	18	infine sub					memoratis
	2		egerunt. Consulen-		185	1	4	quae
85	2	15	ai		194	1	14	Σεανθρώπις
			Praeterea		199	1	15	Disput.
88	1	27	sed		201	2	29	pag.
	2	5	VOSSIUM		203	2	2	Constantinum
94	2	13	Cbristianum		205	2	penult.	existant
		19	Genuinum		210	1	17	probatam
100	2	2	Pontificios		213	2	25	LUC.
101	1	22	contorsio		216	2	penult.	loci
107	1	25	Eruenda		218	1	1	PALMIO
110	1	ult.	Veritatis		219	2	1	Lib. 6. Cap. II.
115	2	5	nimis longum effet.		222	2	1	Positionibus
117	1	26	Nonnullos Sermo-		224	1	ult.	Divinite
			nes Academicos a			2	8	JACOB.
			Viris Doctis		225	1	5	DANAЕUM
			rite		227	2	ult.	seq.
118	1	6	Certitudine		229	1	2	mentio
120	1	3	Religions			2	3	מִימָרָא דֵי
124	1	10	ἀνέγνωσες				6	adversus
128	2	21	antagonistae		230	1	1	Solidam rationem
136	2	6	atque		231	1	2	Mubammedanos
140	1	3	versatur		232	1	3	Divinam
154	1	10	quaerenda. Scientia		250	2	24	Processionem
		19	LIVINO		251	2	ulti.	CREMERUS
		34	fusceptam		252	2	6	Primogenitum
160	2	9	quaesta		254	1	13	by
	1	8				2	4	communicavit.

F I N I S.

ДАЛАЯ З

